tis ſequacibus fratribus de ordine ſuo. qui in hiſpania.
puta in vizcaya ſuos errores et hereſes ſeminauit qui in
villa de durango et locis eidē vicinis. in multis perſonis
vtriuſqȝ ſexus perſeuerāt. quā obrē multi ꝑſertim mulie-
res ignib⁹ tradite ſūt et cōbuſte tāquā heretice. ¶ Predi
ct⁹ tn̄ frater alfonſ⁹ de mella ordis minoꝝ: poſtea ſarrace
nus effectus eſt et ſimul a deo ſarraceni effecti ſunt frater
angelus et frater guillemin⁹ eiuſdē ordinis ī ciuitate ma-
lachitana. Jtaqȝ ſeccutus ē in oībus hereſes et errores al
merichi de quo ſuperius dictum eſt tandem vero poſt ali
quot dies ꝑdictus frater guillemin⁹ reuerſus eſt ad ciuita
tē hiſpalēſem in habitu ordinis ſui et cū diſcurreret ꝑ do
mos ⁊ occlte doceret ſuas hereſes ⁊ errores fuit ꝑ egregiū
virū didacū lupi de enciſo gēnalē vicariū reuerendiſſimi
dn̄i garſſie enriquez hiſpalēſis archiepi carceri mācipa
t⁹. ⁊ exiſtēs ī carcere ſuas hereſes et errores defendere co-
nat⁹ ē: quē reuerēd⁹ pr̄ fr̄ iohānes đ cale armoꝝ ſacre the
ologie ꝓfeſſor de ordine ꝑdicatoꝝ diſputās publice ſupa
uit: nō tn̄ ſic manifeſte cōuictus deſtitit a ſua heretica pra
uitate et iō ꝓpe eccliā maiorē in currali hulmoꝝ fuit ſolē
pniter degradatus per dominū fratrē iohānem de mora-
les ordinis ꝑdicatoꝝ tūc epiſcopū pacenſem. poſtea vero
gienenſem et fuit traditus curie ſeculari. et publice viuus
concremat⁹ in platea que dicitur ſancti franciſci.

# Errores iohānis de poliaco clerici.

OCtaua queſtio eſt de hereſib⁹ ⁊ errorib⁹ ꝑ
eccleſiā cōdēpnatis. de quibus agit̃ in extra
uagantibus dn̄i iohānis.xxij. ⁊ dn̄i bn̄dicti
vndecimi. Nā ſi ante iſtos aliq̄ hereſes fue
runt: in corpore iuris fuerut inſerte. ¶ Nūc
aūt agem⁹ de hereſib⁹ ſeu errorib⁹ magr̄i iohānis de po
liaco. quoꝝ ꝑmus ē. ꝙ cōfitētes frib⁹ hn̄tib⁹ licētiā gen̄a
lē audiēdi cōfeſſiones tenent̃ eadē pctā q̄ cōfeſſi fuerūt il
lis iteꝝ cōfiteri ꝓꝓo ſacerdoti. ¶ Jtē.ij.error ē ꝙ ſtāte ſta
tuto oīs vtriuſqȝ ſexus edito in conſilio generali. roman⁹
pontifex nō poteſt facere ꝙ prochiani nō teneantur cōfi-
teri oīa pctā ſua ſemel ī āno ꝓꝓo ſacerdoti. quē dicūt eſſe
prochialē curatū: ymo de⁹ hoc nō poſſet facere. q: vt dice
bat iplicat cōtradictionez. ¶ Jtē.iij.error ē. ꝙ pp̄ nō pōt
dare licētiā gen̄alē ſeu ꝑtātē audiēdi cōfeſſiōes. ymo nec
de⁹ quin cōfeſſ⁹ hn̄ti gen̄alē licētiam. teneat̃ iteꝝ cōfiteri
ſuo ꝓꝓo ſacerdoti. quē dicit eē vt ꝑdixi prochialē curatū.
¶ Jſti tres errores ſūt cōdēpnati ī extrauagāti dn̄i. iohā.
pape.xxij. q̄ incipit. vas electiōis. Horū aūt errorū actor
fuit ⁊ inuētor q̄dā magr̄. in theologia ꝑiſius magr̄atus.
vocatus magr̄ iohānes de poliaco.

## ¶ Infraſcripti errores ſeu hereſes

ſunt beguinorū frīs celoꝝ quos dāpnabiliter tenent.
¶ Primus error eſt. ꝙ due ſunt eccleſie. ſ. carnalis. diuici
js preſſa. efluēs delicijs. ſcelerib⁹ maculata. cui romanū
ꝑſulē alioſqȝ inferiores ꝑlatos dn̄ari dicūt. Heretici iſti
fingūt aliā ſpūalē eccliā. frugalitate mūdā. v̓tute decorā.
paupertate ſuccintā. ī q̄ ipi ſoli beguini eorūqȝ cōplices ꝑ
ſeuerāt. ¶ Jtē.ij.error ē. ꝙ venerabiles ecclie ſacerdotes
alijqȝ miſtri ſic ſūt iuriſditōis ⁊ ordis auctōte ꝑriuati: vt nec

VNiVERSIDAD
DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

ſentẽtiã ferre. nec ſacramẽta cõficere. nec ſubiectũ ſibi pro
priũ inſtruere valeãt vel docere. ſed ſunt priuati omni ec-
cleſiaſtica poteſtate: niſi ſint de eorũ beguinorũ perfidia.
apud quos ſolũ ut ipſi fingũt: ſicut ſpũalis vite ſanctitas
ſic eccleſiaſtica auctoritas pſeuerat. ¶ Itẽ. iij. error eſt. il-
los mortalis crimis cõtagiõe pollui ⁊ pena teneri: quos
cõtigerit iuramẽti religiõe cõſtringi. ¶ Itẽ q̃rtus error
eſt ſacerdotes rite ⁊ legitime ordinatos. quibus licet tamẽ
criminibꝰ preſſos: nõ poſſe cõficere. vel eccleſiaſtica ſa-
cramenta cõferre. ¶ Itẽ quintꝰ error eſt. ꝙ euãgeliũ xpi
in ſolos beguinos hoc tpe eſt cõpletũ. qd̃ hactenꝰ ut ipſi
begumi ſompniãt obtectũ fuerat. imo prorſus extinctũ.
¶ Iſtos. v. errores dãpnauit dñs ioãnes pp̄. xxij. i extra
uagãti q̃ incipit. glorioſã ecc̃liam q̃ eſt infra. ¶ Item. vj.
error eſt. ꝙ dñs noſter ihs xp̃s eiuſq3 apoſtoli nõ habue
rũt aliqua nec in ꝓprio nec in cõmuni. ¶ Itẽ. vij. error ẽ
ꝙ dñs noſter ihs xp̃s eiuſq3 apoſtoli in his q̃ ipſos ha-
buiſſe ſacra eſcriptura teſtat̃: nõ habuerint ſeu eis nõ cõ
petierit ius nec vendẽdi. nec illa vendẽdi ſeu donãdi. aut
ex ipſis aliq̃ acquirẽdi. ¶ Iſti duo articuli ut hereticales
ſunt cõdẽpnãti in extrauagãte dñi ioãnis pape. xxij. q̃ in
cipit. cũ inter nõnullos. q̃ eſt infra. ¶ Itẽ. viij. error eſt ꝙ
dñs noſter ihs xp̃s ⁊ eiꝰ apoſtoli in his q̃ habuiſſe legũ-
tur: tantũ habuerũt abſq3 iure aliquo ſimplicẽ vſum fa-
cti. Hic articulus tanq̃ꝫ vere hereticalis eſt condẽpnatꝰ
in extrauagante eiuſdẽ dñi ioãnis pape. xxij. que incipit.
quia vir reprobus.

## ¶ Iſti ſunt errores condẽpnati in extrauagãte dñi bñdicti pape. xj. q̃ icipit. Bñdictꝰ deꝰ. ⁊ eorũ oppoſita ut fide tenẽda oĩa approbãtur.

¶ Primꝰ error ẽ. ꝙ ſcd̃m dei comunẽ ordinationẽ. aĩe iu-
ſtoꝝ decedẽtiũ an̄ dñi nr̄i ieſu xp̄i paſſionẽ in q̃bus nichil
erat purgabile: mox poſt paſſionẽ eiuſdẽ dñi nr̄i ieſu xp̄i.
an̄ reſũptionẽ ſuoꝝ corporũ i iudiciũ gen̄rale. nõ viderũt
neq3 vidẽt. nec videbũt clare ⁊ apte diuinã eſſẽciã. nec illa
etiã ꝑfruũtur. nec etiã poſt eiuſdẽ dñi nr̄i ieſu xp̄i aſcẽſio-
nẽ fuerunt nec ſunt nec erũt in celo celorũ. regno ⁊ padyſo
celeſti cũ xp̄o ⁊ ſcõrũ angelorũ cõſortio aggregate. ¶ Itẽ
ij. error ẽ. ꝙ ſcd̃m dei cõmunẽ ordinationeꝫ. aĩe iuſtorũ de
cedẽtiũ. an̄ dñi nr̄i ieſu xp̄i paſſionẽ in quibus aliq̃d pur-
gabile remanebat: purgatione ꝑacta ex toto: mox poſt eã
dẽ paſſionẽ eiuſdẽ dñi nr̄i ieſu xp̄i an̄ reſumptionẽ ſuorũ
corpoꝝ ĩ iudiciũ gen̄ale: nõ viderũt nec vidẽt. nec videbũt
diuinã eſſenciã. nec illa etiã ꝑfruũtur. nec poſt eiuſdẽ dñi
nr̄i ieſu xp̄i aſcẽſionẽ fuerũt. nec ſunt nec erũt. in celo celoꝝ
regno ⁊ padyſo celeſti. cũ xp̄o ⁊ ſcõrũ angelorũ conſortio
aggregate. ¶ Itẽ. iij. error ẽ. ꝙ ſm̃ dei cõmunem ordina-
tionẽ. aĩe iuſtoꝝ decẽdẽtiũ poſt ſacrũ baptiſma ab eis ſuſ-
ceptũ. i q̃bus nichil ẽ purgable cũ decẽdũt an̄ ſuoꝝ corpo
rũ reſũptionẽ i iudiciũ gen̄ale: nõ vidẽt nec videbũt clare
⁊c̃. vt i. ij. errore. ¶ Itẽ. iiij. error ẽ ꝙ ſm̃ dei cõeꝫ ordĩatio
nẽ aĩe iuſtorũ decedẽtiũ poſt ſacrũ baptiſma ab eis ſuſce
ptũ in q̃bꝰ ẽ aliq̃d purgabile: cũ decedũt ꝑacta purgatio
ne ex toto: an̄ ſuoꝝ corpoꝝ reſũptionẽ ⁊ iudiciũ gen̄ale nõ
vidẽt nec videbũt clare. vt in. ij. errore dictũ ẽ. ¶ Itẽ. v. er
ror eſt. ꝙ ſm̃ dei cõmunẽ ordinationẽ anime paruuloꝝ ſa
cro baptiſmate renatorũ decedẽtiũ an̄ vſũ liberi arbitrij.
ante ſuorũ corporũ reſũptionẽ ⁊ iudiciũ gen̄ale. nõ vidẽt
⁊c̃. vt ſupra. ¶ Itẽ. vj. error ẽ. ꝙ ſecũdum dei cõmunẽ or-
dinationẽ. aĩe iuſtorũ omniũ decedẽtiũ p̄dictorũ. an̄ ſuoꝝ
corpoꝝ reſumptionẽ ⁊ iudiciũ gen̄ale. diuĩa viſione ⁊ frui
tiõe nõ erũt beate. nec habebũt vitã ⁊ requiẽ ſempiternã.
¶ Item. vij. error eſt. ꝙ ſcd̃m dei cõmunem ordinationẽ

VNIVERSIDAD DSALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

diuine eſſentie nō ē intuitiua ⁊ facialis aīaꝝ btāꝝ. ¶ Itē
viij. error ē. ꝙ ſḃm dei cōmunē ordinationē. diuine eſſentie
intuitiua ⁊ facialis viſio in btīs euacuabiť nec cōtinuabi
tur vſqꝫ ad finale iudiciū. nec extēdeť vſqꝫ ad ſempiternū
¶ Itē. ix. error ē. ꝙ ſḃm dei cōmunē ordinationē. aīe dece-
dētiū in mortali pctō. mox poſt mortē ſuā, ad inferna nō
deſcēdūt. nec penis infernalibꝰ cruciant̄. ¶ Itē. x. error ē.
ꝙ in die iudicij oēs hoīes añ tribunal xp̄i cū ſuis corpibꝰ
nō cōpebūt reddicturi ď factis ꝓꝑjs rōnē. vt referat vnꝰ
q̄ſqꝫ ipoꝝ ꝓprij corpis vt geſſit. ſiue bonū. ſiue malū.

## ¶ Hereſes ⁊ errores ꝑ diuerſos ſū-
mos pontifices de fratrū cōſi'io poſt mortē illoꝝ qui er-
rores huiuſmodi poſuerunt.

Hona queſtio eſt. que cōtinet hereſes ⁊ erro
res per diuerſos ſūmos pōtifices de fratrū
conſilio dāpnatos. poſt mortē illoꝝ qui er
rores huiuſōi poſuerūt. Et nota ꝙ añ cōde
pnationē predictoꝝ erroꝝ factam. per do
minū iohanē papā. xxij. in extrauagāte q̄ incipit. Cū in-
ter nōnullos. Inter quos cōdēpnauit de multoꝝ cōſilio
magiſtroꝝ in theologia. poſtillā fratris petri iohānis de
ordine fratrū minoꝝ q̄ꝫ fecit ſuper apocalipſim. q̄ quidē
fratrer petrꝰ iohānis fuit oriūdus de villa q̄ dicitur ſeria-
cū dioceſis biterrenſi ꝓpter hereticales ⁊ erroneos articu
los in dicta poſtilla cōtētos. ⁊ hic infra ſcriptos. quos ar
ticulos cū poſtilla cōdēpnauit. ¶ Cōdempnauit etiā po
ſtillā eiuſdē fratris petri iohānis ſuper matheū. ⁊ etiā po
ſtillam eius ſuper epiſtolas canonicas. in quibus poſtil-
lis vt in poſtilla ſuper apocalipſim continentur multe he
reſes ⁊ multi errores.

## ¶ Errores fratris petri iohānis de
ordine fratrum minoꝝ.

¶ Errores autē in dicta poſtilla ſuper apocalipſim cōtē
ti ⁊ cōdempnati ſunt iſti. Sed primo aduertēdū eſt ꝙ in
fra ꝑ totū. ꝑ babiloniā meretricē: intelligit vniuerſalē ro-
manā eccleſiā millitātē. quā nos vere vocamus ſanctā ca
tholicā ⁊ apoſtolicā. ¶ Per eccleſiā carnalē: ītelligit idē.
vniuerſalē romanā eccleſiā. ¶ Per beſtiaꝫ: intelligit idē.
¶ Per ſynagogā ſathane: intelligit idē. ¶ Per miſticuꝫ
antixp̄m: intelligit papā. ſeu pōtificē romanū. ¶ Per an
gelū cōſignatū: intelligit beatum franciſcū. ¶ Per chri-
ſti millitiā: inteligit bigardos. ſeu eius hereſibus ⁊ erro-
ribus credētes. ¶ Per euāgelicā vitā ſeu euāgeliū: intelli
git nichil hr̄e nec in ꝓꝑo nec ī cōi. nec ius ſiue dn̄iū ī rebꝰ
hr̄e donādi. vēdēdi. ſeu ex illꝰ vēdēdi. vł alienādi. ſꝫ hr̄e in
eis ſimplicē vſū facti. ¶ Per eccl'iā ſpūalē: intelligit idē. ſ.
eiꝰ erroribꝰ credētes. ¶ Primꝰ ergo error iſtiꝰ fr̄is petri
iohānis de ordie minoꝝ ē: ꝙ ſextꝰ ſtatꝰ eccl'ie incepit vt di
cit a tp̄e bt̄i frāciſci. ⁊ pleniꝰ a tp̄e dāpnatiōis babilonis
meretricis magne. q̄ndo angelꝰ xp̄i ſignabat ꝑ ſuos futu
rā millitiā xp̄i. ⁊ durabit vſqꝫ ad tp̄us antixp̄i. qđ ꝑemi-
nebit nōbiliť q̄nqꝫ ꝑuijs. ¶ .ij. error ē: ꝙ ſicⁱ ꝑmo xp̄i ad
uētu formata eſt noua eccl'ia veteri ſynagoga reiecta: ſic ⁊
ī initio ſexti ſtatꝰ vetuſtas ꝑoris tp̄oris ē vniuerſaliť repel
lēda vt videat̄ nouū celū. i. noua eccl'ia tūc formari veteri
bꝰ iā reiectis. Et ſicⁱ ī ſexta etate reiecto carnali iudaiſmo
⁊ vetuſtate ꝑoris ſcl'i. venit nouꝰ homo xp̄s cū noua lege.
vita. ⁊ cruce vetuſtate prioris ſcl'i reiecta: ſic in ſexto ſtatu
renouabitur xp̄i lex vita. ⁊ crux. propter quod in eius pri
mo initio ſctūs frāciſcus apparuit cathezizatꝰ. ⁊ xp̄o to-
tus crucifixꝰ ⁊ cōſignatꝰ. ¶ .iij. error ē. ꝙ ſicut gl'ia q̄ fue-
rat ſynagoge ꝑata ⁊ pōtificibꝰ ſuis ſi in xp̄m credidiſſent
trāſlata fuit ad ꝑmitiuā eccl'iā ⁊ ad paſtores eiꝰ: ſic ⁊ gl'ia
ꝑata finali eccl'ie q̄nti ſtatus ꝓpter eiꝰ miliciā ad electos
ſexti ſtatus eſt tranſlata. ¶ .iiij. error eſt. ꝙ conſtat regula

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

fratrũ minorũ ꝑ btm̃ frãciſcũ editã: eẽ vere ⁊ ꝓprie illam euãgelicã quã xp̃s aplĩs impoſuit ⁊ ĩ euãgelijs ſuis ſcribi fecit. ¶ .v. error ẽ. ꝙ reglã bti frãciſci ẽ cõdẽpnãda a plri-bꝰ ab ecclĩa carnali ⁊ ſupboꝝ neqͥter ⁊ ſophiſtice: ſic xp̃s cõdẽpnatꝰ fuit a ſinagoga reproba iudeorũ. ⁊ ꝙ oportet ꝑire exterminiũ eccl̃ie. ſicut xp̃i ⁊ ſuorũ cõdẽpnatio iudeis ꝑuit tp̃orale exterminiũ ſinagoge. ¶ .vj. error eſt. ꝙ btũs frãciſcus ẽ ille angelus de quo dꝛ in apocalipſi. vidi alte-rũ angelũ habentẽ ſignũ dei viui. euangelice vite ⁊ regu-le. vj. ⁊. vij. tẽpore ꝓpagãde ⁊ magnificãde innouator. re-nouator. ⁊ ſummus poſt xp̃m ⁊ eius matrem obſeruator. ¶ .vij. error ẽ. ꝙ decet cõdẽpnationẽ regule bti frãciſci ꝑ-ire exterminiũ carnalis eccl̃ie: ad hoc vt iuſto dei iudicio carnalis ecclĩa ꝓut meruit excecet̃ vſqꝫ ad expugnationẽ vite ⁊ ſpũs ſci. ¶ .viij. error ẽ. ꝙ fere oẽs clerici ⁊ reglares poſſidẽtes aliqͥd in cõi vident̃ minꝰ bñ ſentire de abrenũ-ciatiõe euãglica huiuſmõi cõi. ¶ .ix. error ẽ. ꝙ ſic̃ ſinago-ga ꝓpagata ẽ ex. xij. pt̃riarchis: ⁊ ecclĩa de gẽtibꝰ ex. xij. aplĩs: ſic finalis ecclĩa reliqͥarũ iudeorũ ⁊ gẽtiũ ẽ ꝑ. xij. vi-ros euãgelicos ꝓpagãda. vñ btũs frãciſcus habuit. xij. fi-lios ⁊ ſocios: ꝑ quos ⁊ in qͥbus fuit fundatꝰ ⁊ initiatꝰ or-do euãgelicus. ¶ .x. error ẽ. ꝙ tertia tribulatio affligit ma-nus ꝑ appẽtiã celebris auctoritatis eccleſie gen̄alis ⁊ ple-beie multitudinis ſibi ſubdite. ⁊ appẽtiã cõtrarij ĩ ſpũali-bus viris. ¶ .xj. error ẽ. ꝙ angelus ſctũs frãciſcꝰ ſentiet ſe ꝓſꝑari nõ in carnali eccleſia latinorũ: ſꝫ in grecis ⁊ ſarra-cenis. ⁊ tartaris. ⁊ tãdẽ in iudeis. ¶ .xij. error ẽ. ꝙ oẽs ab-bates qͥnti tp̃oris cõueniẽt in qͥntũ caput beſtie q̃ ẽ diabo-lus aut antixp̃s. aut cõgregatio malorũ. ¶ .xiij. error eſt. ꝙ illa eccleſia quã nos vocamꝰ vniuerſalẽ eccleſiã catho-licã millitãtẽ. ẽ ecclĩa carnal'/babilõia meretrix magna/ex-tẽſiue. qꝛ boni ſic ſũt ĩ ea ſic̃ pauca grana tritici ſub imẽſo cumulo palearũ. q̃ eccleſia carnalis publice ⁊ impudẽtiſſi-

me adulterat̃ a ſuo ſpõſo xp̃o. q̃ ecclĩa ſe ⁊ oẽs gẽtes ſibi ſubiectas corrũpit. fedis carnalitatibꝰ ⁊ ſimoniacis cupi-ditatibꝰ ⁊ terrena glĩa huiꝰ mũdi. q̃ etiã nũc exarſit in irã cõtra viros ſpũales. ⁊ cõtra viros ⁊ fluxus ſpũs ſcti. q̃ ex-tẽdit intꝰ ſpũaliter. ⁊ exteriꝰ corporalr̃. ⁊ q̃ ꝑ tp̃ale extermi-niũ cecidit in mũdo: deĩde ad eternũ ſuppliciũ cecidit ĩ in-ferno. ⁊ q̃ ſua malicia ⁊ ptãte ĩpediuit ⁊ anguſtiauit ſpm̃ electoꝝ ⁊ cõuerſionẽ totiꝰ orbis. q̃ etiã eſt exterminãda. et eius exterminiũ erit ſctis q̃ſi exitus de carcere ad libertatꝫ latitudinẽ ⁊ volatũ. ⁊ exitꝰ de tenebroſiſſimo fumo forna-cis ad lucẽ ſolarẽ. ⁊ ſicut exoneratio a lapide molari ſeu a monte immẽſo. ¶ .xiiij. error eſt ꝙ ſicut poſt quattuor ãialia q̃ttuor ꝑmos ſtatꝰ ſanctoꝝ deſignãtia ſublimata eſt gen̄alis ſedis romane eccleſie ceteris patriarchalibꝰ ecclĩjs occidẽtalibꝰ ſeu oriẽtalibꝰ a xp̃o ⁊ ab eiꝰ vera fide recedẽtibus ſic eodẽ tp̃e poſt q̃ttuor beſtias a daniele vi-ſas q̃ttuor ꝑmis ordinibꝰ ſctoꝝ cõtrarias: ſublimata ẽ ſe-des beſtie. i. beſtialis caterue. ita ut nũero ⁊ ptãte ꝑualeat et fere abſorbeat ſedẽ xp̃i. cui localiter ⁊ noĩaliter ẽ cõmix-ta. vñ ⁊ ſic apellat̃ ecclĩa fideliũ. ſic̃ ⁊ illa q̃ vere ẽ ꝑ grãz ſedes ⁊ ecclĩa xp̃i ſuꝑ huiuſmõi vero maliciã nõ ceſſãt ze-latores ſcti huiꝰ qͥnti tp̃oris effundere ſialã deteſtatiõis. ⁊ celebris increpatiõis. ita ꝙ regnũ eius vellit nollit euidẽ-ter apparet oibꝰ. ⁊ etiã ipiſmet tenebroſũ. ⁊ fedatũ ẽnor-mi luxuria ⁊ auaricia ⁊ ſymonia ⁊ ſupbia ⁊ negociatiõe doloſa ⁊ aſtutia. ⁊ fere oĩ malicia diſſipatũ ⁊ abhoĩnan-dũ. vñ ⁊ infra vocat̃ babilõ meretrix habẽs in manu ſua poculũ aureũ plenũ abhoĩatiõe. Per hãc aũt ſedẽ beſtie deſignat̃ ꝑncipalit̃ carnalis clerus in h̃ qͥnto tp̃e regnãs. ⁊ toti eccl̃ie ꝑſidẽs. in q̃ quidẽ beſtiali vita trãſcẽdet̃ ⁊ ſin-gularit̃ regnat. ⁊ ſedet ſic̃ ĩ ſua ꝑncipali ſede. ⁊ lõge pluſ-q̃ in laycis plebibꝰ ſibi ſubiectis. ¶ .xv. error eſt. ꝙ tp̃e antixp̃i mixti carnalis eccleſia ꝑ quã intelligit in toto ſuo



VNiVERSIDAD D SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

pꝛogreſſu eccliam romanã cõtra doctrinã ſctoꝝ ⁊ vitã et
celũ acrius exardeſcẽs. q̃ oĩno ſiccet̃ ſpũali ſapia. etiã vir
tuali grã opulẽta xpi. ſicut factũ fuit in iudeis ⁊ in grecis
ita ut pateat oĩ errori. ¶ .xvj. erroꝛ eſt. ꝙ ſicut vaſti regiã
a regno ⁊ cõiugio regis aſſueri abiecta: electa eſt heſter
hũilis ⁊ ſctã ad eiuſdẽ regis conubiũ ⁊ regnũ. fecitq; rex
magnificũ cõuiuiũ cũctis pꝛincipibꝰ ⁊ ſeruis ſuis: ſic re-
iecta ſynagoga. electa eſt ecclia plenitudinis gentiũ. ſic in
ſexto ſtatu eccleſie reiecta babilone adultera. opoꝛtet ſpi-
rituale ecclesiã exaltari. ⁊ celebꝛe ac ſpũale cõuiuiũ poſt
eius nuptias celebꝛari. ¶ .xvij. erroꝛ eſt. ꝙ ſub mixtico an
tixpo fienda eſt ſubmerſio ⁊ cõmotio per quã tota carna
lis eccleſia excitabit̃ ⁊ cõmouebit̃ contra euangelicũ ſpm̃
xpi. ¶ .xviij. erroꝛ eſt. ꝙ ſub mixtico antixpo cadet babi-
lonia meretrix carnalis eccleſia quo tpe ſancti pr̃es forti
ter p̃dicabũt dicẽtes. ꝙ ex tũc nõ eſt ecclia xpi ſed ſynago
ga ſathane ⁊ hitatio demonioꝝ. q̃ ante in coꝛde ſuo dice-
bat ſupbiendo. Sedeo ut regina. i. in magna p̃ſidentia ⁊
gloꝛia ſup regnũ meũ. dñoꝛũ ſcʒ mũdialiũ. et quieſco. et
vidua nõ ſũ. i. deſtituta nõ ſum gloꝛioſis epis ⁊ regibus.
¶ .xix. erroꝛ eſt. ꝙ romana ecclia eſt mulier illa meretrix:
de qua agit̃ in apoca. q̃ fuit quõdã in ſtatu paganiſmi.
et poſtmodũ fuit in fide xpi. q̃ nũc multʒ crimibꝰ cũ hoc
mũdo foꝛnicata eſt. q̃ merito vocat̃ meretrix magna q̃ a
fideli culto. et a ſincero amoꝛe delitijs xpi ſponſi ſui rece-
dens adheret huic ſeculo. diuitijs ⁊ delicijs eius. diabolo
et regibꝰ. magiſtratibꝰ ⁊ p̃latis ⁊ oĩbus alijs amatoꝛibꝰ
huius ſeculi. ¶ .xx. erroꝛ eſt. ꝙ magis cõpetit doctoꝛibus
ſtatꝰ tertij generalis. q̃ eſt. vj. ⁊. vij. eẽ ſpũales poꝛtas ap-
tas introducẽtes aptoꝛes ſeu explicatoꝛes ſapiẽ xpiane:
quã apoſtolis. ¶ Multa alia hereticalia ⁊ erronea po-
ſuit iſte frat̃ petrus ioãnis ĩ poſtilla p̃dicta. ſʒ h̃ q̃ dixímꝰ
ſunt p̃ncipalia. ⁊ ad h̃ cetera reducunt̃. poſuitq; q̃ꝫ plura

alia falſa. temeraria. blaſphemoſa. ꝑiculoſa. p̃ſumptuo-
ſa. inſana. ꝑiter ⁊ mẽdoſa. ¶ Articuli autẽ poſiti ſup ca-
nonicas. ⁊ poſtille ſup matheũ cõtinẽt ſupꝛaſcriptos ar-
ticulos in ſñia ⁊ effectu. De cõdẽpnatiõe eccľie carnalis
babilonis meretricis magne ⁊ exaltatiõe eccľe ſpũalis. ſʒ
ĩ ſpeciali ponũt̃ in poſtilla ſup matheũ duo erroꝛes q̃ ſũt
poſtea cõdẽpnati. Unus ꝑ dñm clemẽtẽ papã. iiij. ⁊ aliꝰ
ꝑ dñm iohʒ papã. xxij. ¶ Primꝰ erroꝛ ẽ. ꝙ qñ vnꝰ mili-
tũ lãcea xpi latꝰ in cruce pendẽtis aparuit ꝙ xps adhuc
eẽt viuꝰ. ⁊ nõdũ moꝛtuꝰ. Hic erroꝛ cõdẽpnat̃ in clemẽti.
de ſu. tri. ⁊ fi. ca. c. fidei. ¶ .ij. erroꝛ eſt. ꝙ xps ⁊ eiꝰ apľi nõ
habuerũt aliq̃d in ꝓpꝛio nec cõi. nec ĩ rebꝰ q̃bus vtebãt̃
hũerũt. niſi ſimplicẽ vſũ facti. Hic erroꝛ cõdẽpnat̃ in ex-
trauagantibꝰ. ſupꝛadictʒ. cũ inter. ⁊ q꞉ quoꝛũdã mẽtes.

## ¶ Nota erroꝛes ſeu hereſes fratris michaelis de ceſana heretici. miniſtri generalis oꝛdi-nis fratrum minoꝛum.

¶ Poſtmodũ vero factis dictis cõdẽpnatiõibꝰ de pꝛefa
ctis erroꝛibꝰ ſiue hereſibꝰ. Et p̃ſerti de erroꝛibꝰ cõdẽpna
tis in ſepe dictʒ extrauagãtibꝰ fuerũt cõdẽpnati erroꝛes
iſti ⁊ ſimiľ cõtẽti ĩ libello quẽ edidit fr̃ michael de ceſana
hereticus magr̃ gñalis oꝛdis frm̃ minoꝝ. cuiꝰ cã a magi-
ſterio ſiue miſterio gñali dicti oꝛdis ẽ depoſitꝰ. quẽ libꝛũ
dictꝰ fr̃ michael hereticus fecit cõtra dñʒ iohẽʒ papã. xxij
eũdẽ iohẽʒ vocãs hereticũ gerẽtẽ ſe ꝓ papa in auinione.
q̃ dñs iohẽs eũdẽ fratrẽ michaelẽ depoſuit. ⁊ ſuũ libellũ
⁊ cõtẽtos ĩ ſe erroꝛes cõdẽpnauit. ⁊ cõdẽpnãdo doctrinã
eiꝰ hereticalẽ ⁊ peſtiferã cõdẽpnauit. ⁊ ẽt cõdẽpnauit pſo
nã eũ h̃eticũ ꝓmľgãdo. ut pʒ ĩ extraua. eiuſdẽ dñi ioã. pp̃.
xxij. q̃ incipit. Qꝛ vir repꝛobꝰ michael de ceſana miniſter
⁊c. ¶ Aduertẽdũ tñ ẽ ꝙ añ cõdẽpnatiõeʒ libꝛoꝝ editoꝝ
a p̃dicto fratre petro ioãnis factã auinioñ. ꝑ dñm iohẽm



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

papã.xxij. Dñs alexãder quartus cõdẽpnauit rome quẽdã librũ euãgeliũ eternũ appellatũ cõmuniter. cuiꝰ actoꝛ fuit ut fert̃ q̇dã fr̃ iohẽs de parma monachus italicus. in quo libꝛo ſequẽtes erroꝛes ⁊ hereſes ſunt repti.

## ❡ Nota erroꝛes quos poſuit frat̃ ioãnes de parma monachus italicus.

❡ Primus erroꝛ eſt. ꝙ doctrina abbatis ioachĩ excellit doctrinã xp̃i. ⁊ cõſequẽter ⁊ vetꝰ ⁊ nouũ teſtamẽtũ. ❡ .ij. erroꝛ eſt ꝙ euãgeliũ xp̃i nõ eſt euãgeliũ regni. ⁊ idõ nõ eſt edificatoꝛiũ. ❡ .iij. erroꝛ eſt. ꝙ nouũ teſtamẽtũ nõ durabit ĩ ṽtute ſua niſi p ſex ãnos ꝓxime tũc futuros. vz. vſqȝ ad ãnũ incarnatiõis xp̃i. M.cc.lx. ❡ .iiij. erroꝛ eſt. ꝙ illi qui erũt vltra p̃dictũ tẽpus. erũt in ſtatu ꝑfectoꝛũ. ❡ .v. erroꝛ ẽ ꝙ euãgelio xp̃i alliud euãgeliũ ſuccedet. ⁊ ita ꝓ ſacerdotio xp̃i. alliud ſacerdotiũ ſuccedet. ❡ .vj. erroꝛ ẽ. ꝙnl̃lus ſimplex hõ eſt ydoneus ad inſtruendũ aliũ hoiem in ſpũalibꝰ ⁊ eternis: niſi illi q̇ incedũt pedibꝰ nudis. ❡ .vij. erroꝛ eſt. ꝙ q̃tũcũqȝ affligat deꝰ iudeos in h̃ mũdo. illos tñ ſuabit q̇bus bñfaciet. etiã manẽtibꝰ in iudayſmo. ⁊ ꝙ in fine liberabit eos ab oĩ ĩpugnatiõe hoiuz. etiã in iudayſmo manẽtes. ❡ .viij. erroꝛ eſt. ꝙ eccl̃ia nõdũ pepit neqȝ pariet filios añ finẽ regni tẽpoꝛalis. qd̃ finiet p. vj. ãnos ꝓxime tũc ſequẽtes. Et p hoc dat̃ itelligi ꝙ religio xp̃iana q̃ iã multos pepit vocatos ad fidẽ xp̃i nõ eſt eccleſia. ❡ .ix. erroꝛ ẽ. ꝙ euãglꝫ xp̃i neminẽ ꝑducit ad ꝑfectũ. ❡ .x. erroꝛ eſt. ꝙ adueniẽte euãglio ſpũs ſcti. ſiue clareſcẽte ope ioachĩ qd̃ ibidẽ dicit̃ euãglm ſcti ſpũs: euacuabit̃ euãgeliũ xp̃i. ❡ .xj. erroꝛ eſt. ꝙ intelligẽtia ſpũalis noui teſtamẽti nõ eſt cõmiſſa pape romano. ſꝫ tm̃ l̃ralis. ⁊ ꝓpter hoc dat̃ ibi intelligi ꝙ eccl̃ia romana nõ põt iudicare de ſpũali intelligẽtia noui teſtamẽti. ⁊ ſi iudicat: temerariũ ẽ eiꝰ iudiciũ. ⁊ ei nõ eſt acq̇eſcẽdũ. qꝛ eccl̃ia romana vt dicũt aialis eſt ⁊ nõ ſpũalis. ❡ .xij. erroꝛ eſt. ꝙ receſſus eccleſie grecoꝛũ a romana eccleſia fuit bonꝰ. ⁊ p hoc dat̃ intelligi. ꝙ viri ſpũales nõ tenent̃ obedire romane eccl̃ie. nec acq̇eſcere eius iudicio. ❡ .xiij. erroꝛ eſt. ꝙ ppl̃us grecus magis ambulat ſ̃m ſpm̃ quã ppl̃us latinꝰ. ⁊ p h̃ dat̃ intelligi ꝙ ppl̃us grecus magis eſt in ſtatu ſaluãdoꝛũ. ⁊ magis adherẽdũ ẽ ei. q̃z populo romane eccl̃ie. ❡ .xiiij. erroꝛ eſt. ꝙ ſicut filius oꝑat̃ ſalutẽ populi romani: ſiue latini q̇ filium repſentat: ſic pr̃ oꝑat̃ ſalutẽ populi greci. q̇ ſpm̃ ſctm̃ repſentat. ⁊ per h̃ dat̃ intelligi ꝙ pr̃ ſaluũ faciet ppl̃m grecũ et iudaycũ qꝛ ſpm̃ repſentãt. ❡ .xv. erroꝛ eſt. ꝙ ſpũs ſctũs aliquid recepit ab eccl̃ia. ſicut xp̃s in quãtũ hõ accepit aliq̇d a ſpiritu ſctõ. ❡ Decimꝰ ſextus erroꝛ eſt. ꝙ xp̃s ⁊ eiꝰ apoſtoli non fuerũt perfecti in vita contẽplatiua.

## ❡ Nota erroꝛes ſeu hereſes quas poſuit Raymundus lulli.

Poſt hec autẽ dñs gregoꝛius. pp̃. xj. de cõſilio fratrũ interdixit ⁊ cõdẽpnauit doctrinã raymũdi lulli cathalani mercatoꝛis de ciuitate maioꝛicaꝝ oꝛiũdi. layci. fantaſtici. ĩpiti q̇ quã plures libꝛos ediderat in vulgari cathalanico. qꝛ totalit̃ grãmaticã ignoꝛabat. que doctrina erat plurimũ diuulgata q̃z credit̃ hũiſſe a diabolo. cũ eã nõ habuerit ab hoie. nec hũano ſtudio. nec a deo. cũ deꝰ nõ ſit datoꝛ erroꝛũ ſiue hereſum. licet ipe raymũdns aſſerat in libꝛis ſuis ꝙ eã habuerat in quodã mõte a xp̃o. q̇ ſibi ut dixit apparuit crucifixus q̇ putat̃ magꝭ diabolus q̃z xp̃s q̃ doctrina durauit fere per. lxxx. ãnos quouſqȝ ſcꝫ frater nicholaꝰ eymerici oꝛdis fratrũ p̃dicatoꝝ aragonie validus inq̇ſitoꝛ ex certis cauſis h̃ñs eãdẽ valde ſuſpectã de heretica pꝛauitate: illã multo cũ laboꝛe tranſcurrit. et poſt p̃ſentauit p̃dicto dño gregoꝛio pape. xj. xx. volumia

⁊ cauſa cōmiſſa dn̄o cardinali hoſtieñ de eiꝰ mādato fue
runt per .xx. magiſtros in theologia diligēter examiata. ⁊
tandē de fratrū cōſilio ut vere hereticalia cōdēpnata: ⁊ to
ta doctrina gn̄aliter īterdicta. q̄ doctrina cōtinebat plus
q̄ꝫ q̄ngētos articłos erroneos de q̄bus paucos p̄ñtibus
īnſerā. ¶ Primꝰ error eſt. ꝙ deꝰ hēt multas eēntias. ¶ .ij
error eſt. ꝙ in diuinis eēntia nō eſt occioſa ſꝫ eēntiat. ⁊ na
tura naturificat: ⁊ bonitas bonificat. ⁊ infinitas infinitifi
cat. ⁊ eternitas eternificat. ¶ .iij. error ē. ꝙ ſicut leo ſe hēt
ad leonificādū. ⁊ hō ad homificādū. ſic ⁊ mł'to plus diui
na natura ſe hēt ad naturificādū. ⁊ diuinitas ad diuinifi-
cādū. ¶ .iiij. error eſt. ꝙ eēntia ⁊ natura dei p̄ris generat
filiū. ¶ .v. error eſt. ꝙ deus pater ē an̄q̄ꝫ deus filiꝰ. ¶ .vj.
error eſt. ꝙ deus p̄r in quātū p̄r eſt ſuppoſitū ſinglare. ſꝫ
in quātū rn̄det ſuis rōnibus ad ꝓducēdū filiū eſt ſuppo
ſitū cōmune. ¶ .vij. error eſt. ꝙ ſi deus p̄r nō fuiſſet pater
nō potuiſſet eē pater eternitatis cuiꝰ eſt p̄r ī quātū eā de
dit filio ꝑ generationē. ¶ .viij. error eſt. ꝙ deus filius ſic
eēntialr̄ ē de eēntia ꝓductꝰ: ſicut ꝑſonalit̄ de ꝑſona. ¶ .ix.
error eſt. ꝙ dei filij eēntia relata ad ꝑſonā filij. ſic eſt geni
ta: ſicut ē īgenita eēntia p̄ris relata ad ꝑſonā p̄ris. ¶ .x.
error eſt. ꝙ deus. q̄ ē filiꝰ diuinitatꝫ eſt pater hoīs deifica
ti. ꝓpter hoc ut indeificare p̄ri aſſimilet̄. ¶ .xj. error eſt. ꝙ
ſp̄us ſctūs eſt cōceptus de p̄re ⁊ filio. ¶ .xx. error eſt. ꝙ
ſp̄us ſctūs ꝓcedit a p̄re ⁊ filio ut eq̄lis p̄ri ⁊ filio. ſic ꝗ ita
habeat duas paſſiōes. vnā ſcꝫ a p̄re. ⁊ aliā a filio. ſicut p̄r
habet duas acciōes. ⁊ filiꝰ vnā actionē. ⁊ vnā paſſionē.
¶ .xiij. error eſt. ꝙ tantū ſunt tres ꝑſone diuine in vnione:
ꝙ nulla illarū triū poteſt aliq̄d agere intrinſece ſine alijs.
ꝙ nec generare. nec ſpirare. ¶ .xiiij. error eſt. ꝙ generatio
⁊ ꝓceſſio nō poſſunt eſſe in diuinis ꝑ vnā vel per duas ꝑ
ſonas ſolū. minus de oībus tribus. ¶ .xv. eror eſt. ꝙ filiꝰ
in quantū filius in diuinis qui eſt diſtictus a patre ⁊ ſpū

ſancto ꝑſonaliter poteſt eſſe incarnatꝰ. ſine hoc ꝙ illi nō
ſint incarnati. ſed in quātū oēs tres ꝑſone ſunt vna eēntia
⁊ natura oportet ꝙ pater ⁊ ſp̄us ſctūs ſint ita veracit̄ hō
per incarnationē ſicut filius. hoc dicit in libro de ſeptem
arboribꝰ. ¶ .xvj. error eſt. ꝙ corpus xp̄i ſtās in cruce fuit
mortuū ī quātū aīa dimiſit illud. ⁊ nō fuit mortuū ī quā
tū diuinitas ab eo nō receſſit. nec cōiūctio diuine nature:
⁊ humane fuit diuiſa. remāſit ergo xp̄s viuus ⁊ mortuꝰ.
fuit mortuus ſ̄m curſū naturalē. ſed remāſit viuus ſcd̄m
curſum ſuper naturalem. ¶ .xvij. error eſt. ꝙ ſurrexit xp̄s
propter hoc ut eſſet homo ex aīa ⁊ corpore: ſicut erat ho-
mo anteq̄ꝫ moreret̄. ⁊ quādo fuit mortuus fuit homo. in
quātū filiꝰ dei fuit homo. ¶ .xviij. error eſt. ꝙ illi q̄ amāt
deū ꝓpter hoc ut det eis gloriā celeſtē. vel bona tēpora-
lia. ⁊ timēt deū ꝓpter hoc ut nō det eis penā infernalem.
vel labores t̄pales: faciūt de p̄ma intentione ſecūdā. ⁊ de
ſcd̄a primā. ⁊ eorū intentio eſt peruerſa ⁊ falſa ⁊ contra
dei intentionē. nō eſt vnus homo ſolus qui fecerit tantuꝫ
malū ſicut id q̄d fecit machometus qui tot hoīes miſit in
errorē. ⁊ tamē maius malū ſequit̄ cū homo nō habet ad
deum primā intentionē. quā ſit totū malū quod fecit ma
chometꝰ. quia maius bonū eſt in vno hoīe q̄ fortiter dili
git deū ꝑ p̄mā intētionē. quā ſit malū inoībus hoībꝰ qui
ſunt dāpnati. ¶ .xix. error ē. ꝙ incōueniēs eſt ꝙ verus a-
mor ꝓpter aliqua q̄ facit homini deꝰ mł'tiplicet ſeu minu
at ſuū amorē. quia poſtq̄ꝫ deꝰ initiauit hoīem amare. bo-
nitate. magnitudine. amore. et ſic de alijs: ⁊ hō contēplari
deū: non cōuenit ꝙ cōtinue habeat poſſe in amare. ymo
oportet eē tā magna magnitudo initiādi ⁊ cōtēplandi in
amore veſtito bonitate. magnitudine. et duratione. et ſic
de alijs: ꝙ nō poſſit amare. vel amore creſcere nec minui.
quia ſi poſſet creſcere ⁊ minui: iam initiare ⁊ cōtemplari
nō intraret mediū amoris. ¶ .xx. error eſt. ꝙ tantū deſide



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

rat ⁊ amat amicꝰ.hoc ē hō iuſtꝰ.bonitatē.magnitudinē.⁊
⁊ eternitatē ſui amici.h̄ ē dei. ꝙ ꝓpter ſuū amorē ſe cō cor
dāt.bōitas.magnitudo. ⁊ et̄nitas ī eēndo vnā eēntiā ⁊ na
turā ⁊ vnā ⁊ eādē rē nūero in amico ⁊ amato . ita ꝙ ami
cꝰ ⁊ amatꝰ.ſ. hō iuſtꝰ ⁊ deꝰ ſūt vna indiſticta ⁊ incōfuſa
eēntia ⁊ natura ī bōitate.⁊ magnitudine ⁊ et̄nitate. Quā
pl̄es articl̄os ponit ī libris ſuis hereticales ⁊ erroneos.te
merarios ⁊ picl̄oſos q̄ digni relatiōe ⁊ mēoria nō exiſtūt.
vt pote q̄ nulla rōne appēti vl̄ colorata fulciunt̄ . q̄ po
tius temeritate p̄ſūptōi volūtati ꝓprie ⁊ ignorātie multe
ac ipitie inituntur.

## ¶ Nō errores lulliſtarū.

Hereſes ⁊ errores lulliſtaꝝ diſcipuloꝝ lullij ſūt iſti ¶ Pri
mꝰ ē ꝙ doctrina raymūdi lulli excellit oēm aliā doctrinā
in bonitate ⁊ v̄itate.etiā bti aguſtini. ¶.ij.error ē.ꝙ theo
logi tp̄oris moderni nichil ſciūt de vera theologia lulliſta
rū cōpatiōe.¶.iij.error ē.ꝙ deꝰ verā theologiā a theolo
gis moderni tp̄oris ꝓpter pctā eoꝝ abſtulit ⁊ eā lulliſtis
cōtulit.¶.iiij.error ē.ꝙ oēs doctrine d̄ſtruent̄ p̄ter doctri
nā raymūdi lulli q̄ ꝑpetuo remanebit.¶.v.error ē.ꝙ tp̄e
antixp̄i oēs theologi apoſtatabūt a fide p̄ter lulliſtaſ.q̄ ꝑ
doctrinā raymūdi iſtius reducēt ecclīā ad fidē catholicā.
¶.vj.error ē.ꝙ doctrīa veteris teſtamēti attribuit̄ deo p̄ri
doctrina noui teſtamēti atribuit̄ dei filio.ſꝫ doctrina ray
mūdi lullij atribuit̄ ſpūi ſcō.¶.vij. error ē.ꝙ doctrīa ray
mūdi lullij nō pōt h̄ri neqꝫ ꝑ ſtudiū neqꝫ ꝑ hoiem.ſꝫ tm̄
ꝑ ſpūs ſcti reuelationē.¶.viij.error ē ꝙ doctrīa raymūdi
lullij ſic ab eiꝰ ſectatoribꝰ ꝑ ſpūs ſci reuelationē habet̄:ꝙ
in breui tp̄e.q̄ ī.xxx.vl̄.xl.vl̄.l.vl̄.lx.horis h̄etur.¶.ix.er
ror ē ꝙ doctrinā raymūdi lullij nl̄lꝰ ītelligit.nec ītelligere
pōt niſi ſoli lulliſte.¶.x.error ē.ꝙ dn̄s gregoriꝰ papa.ix.
q̄ doctrinā raymūdi lullij ī.xx.eiꝰ volūinibꝰ cōtētā vt he
reticalē in ml̄tis articl̄is avinione ī cōſiſtorio cōdēpnauit
totāqꝫ gen̄aliter vt ſuſpectā vehemēter de hereſi cūctis fi
delibꝰ iterdixit.ſacrū collegiū q̄d cōſēſit:cardial̄ hoſtis q̄
cōmiſſariꝰ ī illa cauſa fuit.magr̄i ī theō vltra.xx.q̄ ad cō
dēpnationē p̄dictā cōſiliū p̄ſtiterūt.iſti doctrinā iſtā nō
intellexerūt.decepti ſunt ⁊ turpit̄ errauerūt.¶.xj.error ē.
ꝙ raymūdus p̄dictꝰ ē in cel̄ btūs ⁊ ꝓ tali h̄ndus ē a ſuis
ſectatoribꝰ ⁊ noīandꝰ.cauſa tn̄ breuitatis dimittimꝰ q̄n
gētos errores dicti raymūdi lulli q̄ ſunt dāpnati ꝑ ecclīā
vt patet in directorio inq̄ſitionis.

## ¶ Hereſes ⁊ errores dāpnati extra

curiā romanā ꝑ iquiſitores heretice prauitatis de expreſ
ſo mandato domini noſtri pape.

DEcima queſtio de hereſibus ſeu herroribꝰ
cōdēpnatis extra curiā romanā ꝑ inquiſito
res heretice prauitatis ī regno aragonie au
ctoritate apl̄ica.⁊ de expreſſo mandato dn̄i
nr̄i pape. ¶ Nā dn̄s clemēs.vj.informatꝰ
ꝑ frēm nicholaū roſelli ordis fratrū p̄dicatorū p̄orē ꝓui
cialē eiuſdē ꝓuicie ⁊ inq̄ſitorē in regno aragonie . poſtea
ꝟo titulo ſci ſixti p̄ſbyterū cardialē:ꝙ ī cathalōia ī ciuita
te barchinon̄ p̄dicabat̄ publice ⁊ ꝑ alias ptes q̄ꝫ pl̄es:ꝙ ī
ſanguie xp̄i aſꝑſo ī paſceue nō remāſit diuinitas.nec ſan
guis ille erat d̄ificatꝰ.hito ſollēpni cōſilio magroꝝ ⁊ alio
rū mādauit ꝑ ſuas patētes lr̄as dicto iq̄ſitori q̄tenꝰ dictū
articl̄m vt hereticalē ⁊ erroneū faceret publice reuocari.
ac ſollēpniter cōdēpnaret.⁊ ſic ipe inq̄ſitor fecit ī ecclīa ca
thedrali publice barchinon̄.⁊ dictū articulū cōdēpnauit.
¶ Poſtmodū ꝟo tp̄e gregorij.pape.xj.fr̄ nicho.eymerici
ordis fr̄ꝫ p̄dicatoꝝ iq̄ſitor h̄etice p̄uitatis ī regno aragōie
ſucceſſor imediatus prefati fr̄is nicholay roſelli. informa
uit eūdē dn̄m gregoriū ꝙ ī ꝑtibus cathalonie infra ſcrip
ti articuli de ſacramēto altaris publice p̄dicabant̄ . Cui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

dñs gregorius pre habito multoꝝ cõſilio magiſtroꝝ. mã
dauit dicto inq̃ſitori ⁊ prelatis oib⁹ cathalonie ꝑ lr̃as ſu
as q̃ten⁹ illos articl̃os interdicerẽt ꝑ ſñiã excõicatiõis in
eccleſijs cathedralib⁹. qḋ ⁊ factũ fuit. ¶ Primus error ẽ.
ꝙ ſi hoſtia conſecrata cadat ſeu ꝓiciat̃ in cloacã. lutũ. ſeu
aliũ turpẽ locũ: ꝙ remanẽtib⁹ ſpẽb⁹ ſub eis cẽ deſinit cor
p⁹ xp̃i. et redit ſubſtãtia panis. ¶ .ij. error ẽ. ꝙ ſi hoſtia
cõſecrata a mure corrodat̃. ſeu a bruto ſũmatur ꝙ rema-
nẽtibus ſpẽbus ſub eis deſinit eẽ corpus xp̃i. ⁊ reddit ſub
ſtãtia panis. ¶ .iij. error ẽ. ꝙ ſi hoſtia cõſecrata a iuſto vl̃
peccatore ſũmatur: ꝙ dũ ſpecies dentibus teritur: xp̃s ad
celũ rapitur. ⁊ in ventrẽ hoĩs nõ trahicit̃. ¶ .iiij. error eſt.
ꝙ beata maria in cõceptione filij ſui fuit gratia plena. ꝙ
ex poſt in gratia nõ ꝓfecit. nec ꝓficere potuit. ¶ .v. error
eſt. ꝙ ſpũs ſctũs in die pẽthecoſtes veniẽs in beatã virgi
nẽ mariã ⁊ apl̃os: btẽ marie nullã gratiã cõtulit. ſʒ tantũ
apoſtolis. q: ſic erat gr̃a plena: ꝙ in gr̃a ꝓficere nõ vale
bat. ¶ Conſequent̃ vero idẽ dñs gregori⁹ papa. xj. infor
matus ꝑ eũdẽ frẽm nicholaũ eymirici inq̃ſitorẽ ꝙ in qui
buſdã libellis ocularit̃ eidẽ dñis cõtinebant̃ infra ſcrip-
ti articuli erronei. hĩto ſuꝑ eis pl̃ies cõſilio magr̃oꝝ in pñ
tia dñoꝝ cardinaliũ. ſcti euſtachij. ⁊ ſcti angeli a vinione ĩ
palatio dñi pape ⁊ de mãdato eiuſdẽ. tãdẽ ipſe dñs papa
ꝑ ſuas patẽtes lr̃as. mãdauit eidẽ inq̃ſitiõi q̃ten⁹ ipſe cũ
dño archiep̃o terrachone vt dictos articulos hereticales
⁊ erroneoſ cũ ſuo libello publice cõdẽpnaret. ac cõdẽpna
tos dictũ libellũ igni traderet cõſumendũ. ⁊ ſic factũ fuit.
quos q̃dẽ errores ⁊ hereſes poſuit quidã heretic⁹ de tar-
rachona neofit⁹ de iudeo factus xp̃ianus. ¶ Primus er-
ror eſt. ꝙ peruerſum dogma impijſſimi almerici. arrij. ſa-
bellij. ⁊ alioꝝ hereticoꝝ nõ eſt hereſis de ſe niſi tantũ apõ
illũ qui ip̃m eligit animo ꝑtinaci. ¶ .ij. error ẽ. ꝙ licitũ eſt
creaturas adorare ⁊ honorare honore ⁊ adoratiõe latrie

abſq; pctõ. ymo meritorie. ĩcõtrũ ſũt repñſentatiue ſui cre
atoris. ¶ .iij. error ẽ. ꝙ lʒ demões adorare ⁊ honorare. ho
nore ⁊ adoratiõe latrie meritorie ſi ſuũ repñtẽt creatorẽ.
¶ .iiij. error ẽ. ꝙ nõ tm̃ abſq; vicio hereſis. ymo abſq; vl
lo pctõ poſſunt demones adorari dulia niſi q: ꝓhibitũ ꝑ
eccl̃iã dei. ¶ .v. error ẽ: ꝙ eque ⁊ meli⁹ põt ſacrificãs de-
moni excuſari ab ydolatria: quã xp̃ian⁹ adorãs ymaginẽ
crucifixi vl̃ ſcõꝝ. ¶ .vj. error ẽ. ꝙ de iure nature adoratõ ⁊
ſacrificiũ debet̃ demõijs. ¶ .vij. error ẽ. ꝙ q̃ victi ſupplici
js ore negãt deũ. corde tñ adorãt: nõ ſolũ nõ peccãt. ymo
ſũt digni remũeratiõe. ¶ .viij. error ẽ. ꝙ layc⁹ nõ tenet̃ ad
aliquẽ fidei articl̃m credẽdũ explicite. ſʒ ſufficit ſibi iſta cõ
cluſio ĩ genere ꝙ credat oẽ illḋ ꝙ credit ſcã mat̃ eccl̃ia dei.
⁊ iõ ꝙ ſi layc⁹ credit vl̃ tenet oppoſitũ alicui⁹ articuli ex
ignorãtia ⁊ tẽptatiõe diaboli nõ peccat. ¶ .ix. error eſt. ꝙ
oĩs inobediẽs p̃ceptis eccl̃ie ẽ cẽſend⁹ heretic⁹. ¶ .x. error
ẽ. ꝙ ſecta machometi ẽ eque catholica ſicut fides ihũ xp̃i.
¶ .xj. error ẽ. ꝙ xp̃s. apl̃i. ⁊ oẽs angl̃i. ⁊ oẽs ſci ſũt ſciſmati
ci. ⁊ ꝙ ꝑfecti⁹ ẽ eẽ ſciſmaticũ quã catholicũ. ¶ .xij. error ẽ.
ꝙ ſol⁹ de⁹ pr̃ ẽ optim⁹. ſʒ dei fili⁹ ĩ p̃mo gradu. ſpũs ſan
ct⁹ ẽ bon⁹ in .ij. gradu. ſʒ oĩs creatura ẽ bona ĩ .iij. gradu.

## Errores magr̃i arnaldi d̃ villa noua

Vndecima queſtio ẽ. de erroribus. hereſib⁹.
temeritatibus. falſitatib⁹ cõdẽpnatis in ca
thalõia ꝑ inq̃ſitores heretice prauitatis. au
ctoritate apl̃ica licet nõ de mãdato expreſſo
dñi pape. Et nota ꝙ tp̃e dñi clementis pa-
pe. v. fuit quidã medicus valde famoſus vocatus magi-
ſter arnaldus de villa noua qui cõdidit multos libros in
quibus erant quã plures errores inſerti. qui fuerũt cõde-
pnati ꝑ fratrẽ iohãnẽ de leugerio ordinis fratrũ p̃dicato
rũ inq̃ſitorẽ. ⁊ ꝑ dñm gaufredũ de crudillis prepoſitũ in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ecc'lia terracone vicariū generalē ſede vacāte. anno dñi
M.ccc.xvij. q̄ errores fuerūt cōdēpnati de multoꝝ cōſi-
lio theologoꝝ. ¶ Primꝰ error eſt. ꝙ natura hūana a deo
aſſūpta eſt eq̄lis deo in oībꝰ bonis ſuis. ⁊ ꝙ tā alta ſit hu
manitas ī xp̄o q̄ntū diuinitas ⁊ tm̄ poſſit. ¶ .ij. error ē. ꝙ
quā cito aīa xp̄i fuit vnita deitati: ſtatī ipſa aīa ſciuit oīa
q̄ d'itas ſcit. q2 alias nō ut dicebat fuiſſet cū ea vna pſona
p̄cipue q2 ſcire eſt circūſtātia ptinēs ad ſuppoſitū indiui
duale ⁊ nō ad naturā. ¶ .iij. error ē: ꝙ diabolus ingenio-
ſe fecit totū ppl'm xp̄ianū deuiare a veritate dñi nr̄i ieſu
xp̄i. ſic ꝙ ſuggeſſit ⁊ euacuauit ppl'ꝫ xp̄ianū. ꝙ nō dimiſit
in eo niſi pellē. i. apparētiā cultꝰ eccl'iaſtici quē fecit ex vſu
⁊ fides quā habet eſt talis q̄lis fides demonū. ⁊ ꝙ totus
populus xp̄ianꝰ ducit̄ ad infernū. ⁊ ꝙ pp'lus xp̄ianꝰ p ſin
gulos ſtatꝰ palā. vita. moribꝰ. ⁊ affectibꝰ ipſum abnega
uerūt. ⁊ ꝙ in toto corpe xp̄i collegij vſqꝫ ad verticē. a plā
ta pedis: nō ſolū viuit ſꝫ impat ⁊ regnat talis apoſtaſia.
¶ .iiij. error ē. ꝙ oēs clauſtrales ſūt extra charitatē ⁊ dāp
nant̄. ¶ .v. error ē. ꝙ male fecerūt doctores theologi q̄ al
liq̄d de ph'ia poſuerūt in ſuis opibꝰ. ſtudiū ph'ie total'r cō
dēpnādo. ¶ .vj. error ē. ꝙ reuelatio facta cirillo ē p̄ciſior
cūctꝫ ſcripturꝫ ſacris. ¶ .vij. error ē. ꝙ opus mīe plus pla
cet deo q̄ꝫ ſacrificiū altarꝫ. ¶ .viij. error eſt. ꝙ ſtabiliēs ca
pellanias vel faciēs celebrari miſſas poſt mortē: nō facit
opus charitatꝫ. nec ex h̄ meret̄ vitā eternā. ¶ .ix. error ē ꝙ
q̄ in vita ſua ſcit multitudinē indigētiū ⁊ marie amicoꝝ ⁊
cōgregat ⁊ tenet ſupflua ad ſtabiliēdū capellanias. ⁊ p-
petuādū miſſas poſt mortē certū eſt ꝙ talis cadit ī eternā
dāpnationem. ¶ .x. error eſt. ꝙ in ſacrificio altaris ſacer-
dos offerēs. vel offerri faciēs. nihil deo de ſuo offert. etiā
voluntatē. ¶ .xj. error eſt. ꝙ elemoſyna magis repreſen-
tatur in paſſione xp̄i quā in ſacrificio altaris. ¶ .xij. error
eſt. ꝙ in ſacrificio miſſe non laudatur deus opere: ſed

ſolū ore ¶ .xiij. error ē. ꝙ ī cōſultatōibꝰ papalibꝰ nō ē ſc'ia
niſi opū hūanoꝝ ¶ .xiiij. error ē. ꝙ nūq̄ꝫ deꝰ cōminatꝰ ē et
nā dāpnationē ptōribꝰ. ſꝫ malū exēplū p̄bētibꝰ. ¶ .xv. er
ror ē. ꝙ anno ab incarnatiōe dñi. M.ccc.xxx.v. eēt. mūdi
finis totaliter ⁊ ex toto.

## Errores pet' ollerij.

¶ Itē tpe dñi iahānis pape. xxij. ſurrexit in ciuitate bar-
chinoñ quidā vocatꝰ petrꝰ ollerij de maioricis oriūdꝰ cū
q̄buſdā cōplicibꝰ ſuis q̄ poſuit multa de hereſibus ⁊ er-
roribꝰ bigardoꝝ inter quos poſuit de ꝓp̄o ⁊ cōi. ⁊ tandē
barchinoñ p frēꝫ bernardū de podio circuſo ordis fratrū
pdicatoꝝ inq̄ſitorē cū ep̄o barchinoñ fuerūt eoꝝ hereſes
⁊ errores cōdēpnati. ⁊ ipi heretici traditi curie ſcl'ari ⁊ cō-
buſti.

## ¶ Errores durādi de baldach.

¶ Itē tpe eiuſdē dñi iohānis pape. xxij. inſurrexit in ciui-
tate barchinoñ q̄dā vocatꝰ durādus de baldach ciuis ge
rūde cū quodā ſuo cōplice q̄ dogmatigauit hereſes ⁊ er-
rores bigardoꝝ de ꝓp̄o. ſ. ⁊ cōi. ⁊ vlteriꝰ ꝙ matrimoniū
nō erat niſi meretriciū occl'tū. Tādē gerūde p̄ñte dño ia
cobo rege aragōie fuerūt cōdēpnati p dñꝫ ep̄m gerūdeñ
de villa marina ⁊ frēm arnaldū burgueti ordis frm̄ p̄di-
catoꝝ inquiſitorē heretice prauitatis. ⁊ ipi vt īpenitentes
fuerūt traditi curie ſeculari ⁊ in igne cremati.

## Hereſes bonanati bigardi.

¶ Itē tpe dñi bñdicti pape. xj. inſurrexerunt in cathalo-
nia. i. in villa franca de penedes q̄ꝫ plures bigardi. quoꝝ
erat p̄ncipalis hereſiarcha quidā p̄ſbyter vocatus frater
bonanatꝰ. q̄ añ ab iurauerat poſtq̄ꝫ traditꝰ fuerat vt im
penitēs ſcl'ari curie. ⁊ iā ex vno latere aſſatꝰ finxerat ſe pe
nitere. Iſte cū p̄dictis poſuerūt hereſes bigardoꝝ. ⁊ tādē
p dñm ferrariū d' apillia ordis frm̄ p̄dicatoꝝ ep̄m barchi
noñ. ⁊ frēꝫ guillelmū coſta eiuſdē ordis inq̄ſitorē fuit eoꝝ

VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

cōgregatio cōdēpnata ⁊ domus eoꝝ hītatiōis ī villa frā
ca dirupta. ⁊ eoꝝ hereſes cōdēpnate. ⁊ dictꝰ fr̄ bonanatꝰ
⁊ relapſꝰ ⁊ īpenitēs traditꝰ curie ſcl'ari ignibꝰ cōſumēdꝰ
ceteris cōplicibus penitētibus. erroꝛibus abiuratis.

## ¶ Erroꝛes iacobi iuſti bigardi.

¶ Itē tp̄e dn̄i clemētꝫ pp̄. vj. īſurrexerūt ī ciuitate valētie.
q̄dā bigardi quoꝝ erat p̄ncipal' q̄dā vocatꝰ iacobꝰ iuſti. q̄
dogmatizauerat īſcriptas hereſes bigardoꝝ. ⁊ int̄ alias
ꝙ cōdēpnati religioſi. clerici. ⁊ layci ꝓ dictis hereſibꝰ. tā
ꝑ dn̄m clemētē ī curia. q̄ꝫ ꝑ inquiſitoꝛes in alijs mūdi ꝑti-
bꝰ erāt bti ⁊ in celis m̄res dn̄i ihu xp̄i. ⁊ tādē eoꝝ hereſes
fuerūt valētie cōdēpnate ꝑ fr̄em nicholaū roſelli inq̄ſito-
rē oꝛdinis p̄dicatoꝝ factū poſtmodū p̄ſbyterū cardinalē
⁊ ꝑ dn̄m vgonē de fenoleto ep̄m valētinū. ⁊ tres iā moꝛ-
tui. ſ. guillelmus geraldi. gilbertꝰ. ⁊ bartholomeꝰ fuſterij
exhūati. ⁊ vt īpenitētes heretici cōdēpnati. ⁊ dictꝰ fr̄ iaco
bꝰ iuſti dictis hereſibꝰ abuiratis īmuratꝰ moꝛtuꝰ ē ibi.

## ¶ Erroꝛes fratris berēgarij de mō te falcone oꝛdinis ciſtercien̄ de populeto.

¶ Itē tp̄e inocēcij pape. vj. īſurrexerūt ī cathalonia. ī vil-
la q̄ dicit̄ mōs albꝰ q̄dā q̄ auſi ſunt dogmatizare. ꝙ om-
nia de genere bonoꝝ q̄ fiēda ſūt. ſūt fiēda dei puro amoꝛe
nec ex alia cauſa. nec ſpe mercedis eterne. Iſte erroꝛ ibi in
ualuit. actoꝛ fuit fr̄ berēgariꝰ de mōte falcone ciſtercien̄ oꝛ
dinis de monaſterio populeti. Tādē iſte erroꝛ fuit cōdē-
pnatꝰ ſolēpniter ⁊ publice ꝑ fratrē ſanciū archiep̄m ter-
rachon̄ oꝛdinis fr̄m minoꝝ. ⁊ ꝑ dn̄m fr̄ēz nicholaū roſel
li oꝛdis p̄dicatoꝝ ſupra dictū inquiſitoꝛem.

## ¶ Erroꝛes nicholay de calabria.

¶ Itē tp̄e eiuſdē dn̄i inocēcij pape. vj. inſurrexit in catha
lonia. hoc ē in barchin̄. q̄dā vocatꝰ nicholaꝰ de calabꝛie
oꝛiūdꝰ. ſꝫ ī hiſpania cōuerſatꝰ. iſte publicauit infra ſcrip-
tas hereſes ⁊ erroꝛes. q̄ fuerūt cōdēpnati ſolēpniter ⁊ pu-
blice barchinon̄ ꝑ fr̄em nicholaū eymerici oꝛdis p̄dicato
rū inq̄ſitoꝛē. ⁊ ꝑ dn̄m arnaldū de buſq̄tis vicariū ep̄i bar
chinon̄. Sūt aūt erroꝛes īfra ſcripti. ¶ Primꝰ erroꝛ quē
poſuit ē. ꝙ q̄dā hiſpanꝰ hereſiacha magnꝰ vocatꝰ gūdiſ-
ſalꝰ d ep̄atu cōchen̄ oꝛiūdꝰ. ꝙ erat dei filiꝰ ī celis eternal'r
gn̄atꝰ. lꝫ videret̄ p̄rem ⁊ m̄rēz hr̄e ī terris. ¶ .ij. erroꝛ ē. ꝙ
ſp̄ūs ſctūs debebat futuro tp̄e īcarnari. ⁊ tūc ip̄e gūdiſſa
luꝰ totū mūdū cōuerteret. ¶ .iij. erroꝛ ē. ꝙ dictꝰ gūdiſſalu
us nunq̄ꝫ moꝛeret̄ ſꝫ viueret ī eternū. ¶ .iiij. erroꝛ ē. ꝙ ī die
iudicii gūdiſſaluꝰ ille oꝛaret pro moꝛtuis oībus ī inferno
cōdēpnatis. ⁊ eius p̄cibus liberarent̄ ⁊ ſaluarent̄. ¶ .v. er
roꝛ eſt. ꝙ in hoīe ſunt tria. anima quā foꝛmauit deus p̄r.
coꝛpus q̄d foꝛmauit de filiꝰ. ⁊ ſp̄ūs: quē creauit deꝰ ſp̄ūs
ſctūs. adducēs illd. foꝛmauit deꝰ hoīez de limo terre ⁊ inſ-
pirauit in faciē eiꝰ ſpiracl'm vite ⁊ factꝰ ē hō ī aīaz viuētē.
Quā plura poſuit hereticalia ⁊ erronea. fatua. ꝑiculoſa.
⁊ temeraria. ꝓpter q̄ vt relapſus traditꝰ ē bꝛachio ſcl'ari.

## ¶ Erroꝛes bartholomei ienoueſij.

¶ Item tēpoꝛe vrbani. v. inſurrexit in barchinona qui-
dam vocatus bartholomeus genoueſij oriundus de inſu
la minoꝛicaꝝ. q̄ libellū cōdidit ac publicauit. in quo mul-
te hereſes ⁊ erroꝛes multi. temeritates. ⁊ falſitates de an
tixp̄o ⁊ eius tēpoꝛe ponebant̄. quas cū ſuo libello dn̄s be
rēgarius daril epiſcopꝰ barchinon̄. ⁊ frater nicholaꝰ ey-
mirici oꝛdinis predicatoꝝ inquiſitoꝛ ſupra dictus de con-
ſilio multoꝝ magiſtroꝝ in theologia in ſede barchiono
nenſi publice cōdempnauit. ⁊ libellū ibidē tradi fecerunt
ignibus cōburendū. ipſo bartholomeo penitente ⁊ erro-
res publice abiurāte. ¶ Primus erroꝛ eſt. ꝙ p̄figebat cer
tū tp̄s aduētus antixp̄i. in quo ꝑ totū mūdū ſui diſcipuli

VNIVERSIDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

appẽrẽt.ſ.ãno.M.cccc.lx. ¶.ij.error.ꝙ tp̃e antixp̃i ceſſa
rẽt ſacrificiũ in eccl'ia. ⁊ alia eccl'iaſtica ſacramẽta. ¶.iij.
error ẽ. ꝙ xp̃iani hñtes vſũ liberij arbitrij q̃ cõuerterẽt̃ ꝑ
antixp̃m ſic ſtarẽt imobilit̃ i errorib⁹ antixp̃i ꝙ nunq̃ꝫ cõ
uerterẽt̃.nec cõuerti poſſẽt ad fidẽ xp̃i.qꝛ caracter quẽ an
tixp̃s eis faceret i frõte vl' i manu hr̃et tãtã efficatiã i aĩa
b⁹ eoꝝ.ꝙ in illis errorib⁹ faciet eos imobiliter ꝑpetuo ꝑ
manere.⁊ cõſequẽter ꝙ oẽs taleſ xp̃iani certitudialiter dã
narent̃.⁊ igne ð celo miſſo etiã corpaliter morient̃.¶.iiij.
error ẽ.ꝙ pueri ꝑuuli xp̃ianoꝝ.etiã iudei.ſarraceni. ⁊ infi
deles ceteri. tã ꝑuuli q̃ꝫ adulti ꝑ antixp̃m ꝑuerſi poſt mor
tẽ antixp̃i oẽs.cõuertent̃ ad fidẽ xp̃i.ſꝫ nõ aliq̃s adult⁹ de
xp̃ianis ꝑuerſis.⁊ finaliter tota eccl'ia dei eẽt de conuerſis
iudeꝝ.ſarracenoꝝ.⁊ infideliũ ceteroꝝ. Quã plura alia er
ronea poſuit q̃ nõ ſuut digna relatione.

## ¶ Nota errores cuiuſdã fratris mi noris qui vocatus eſt frater arnaldus.

¶ Jtẽ tp̃e dñoꝝ.inocẽcij pape.vj.⁊ vrbani.v.⁊ gregorij
xj.fuit quidã de ordie fr̃m minoꝝ i cathalonia i villa po
dijceritani. dioceſis vrgelñ vocat⁹ fr̃ arnald⁹ mõtanerij
q̃ hereſes ⁊ errores quos poſuit noluit ab iruare. lꝫ finxe
rit ſe velle facere ſꝫ fugit.⁊ citat⁹ reſpõſur⁹ de fide nõ cõ
paruit.⁊ ſtetit in tali ꝑtinacia ꝑ annos.xix. Tadẽ p̃dict⁹
fr̃ nichola⁹ eymirici inq̃ſitor ordis fr̃m p̃dicatoꝝ: cõſulta
to ꝑmit⁹ ꝑmo dño papa vrbano.v.⁊ demũ gregorio.xj.⁊
dñs p̃dict⁹ berẽgari⁹ daril tũc ep̃s vrgeleñ dictũ fr̃em ar
naldũ ꝑtinacẽ hereticũ q̃ publice p̃dicabat ⁊ defenſabat
infra ſcriptas hereſes ⁊ errores i ſede vrgeli publice decla
rauerũt.⁊ ei⁹ hereſes ⁊ errores publice cõdempnauerũt.
¶ Prim⁹ quoꝝ erat.ꝙ dñs ihs xp̃s ⁊ ei⁹ apl'i nichil ha
buerũt i ꝓprio ⁊ cõi.¶.ij.error ẽ.ꝙ null⁹ põt dãpnari q̃
deferat hitũ bti frãciſci. ¶.iij.error ẽ.ꝙ btũs frãciſcus o
anno ſemel deſcẽdit ad purgatoriũ ⁊ extrahit inde aĩas il
lorũ q̃ in hac vita fuerũt de ordine ſuo. ſeu ordinib⁹ per
ipſum inſtitutis.⁊ ducit ad paradyſũ.¶.iiij.error ẽ.ꝙ or
do beati franciſci in perpetuũ durabit.

## ¶ Errores duorũ ſcꝫ Geraldi ſega relli.et Dulcini nouarienſis.

Quodecia q̃ſtio eſt de hereſib⁹ ⁊ erroribus
pſeudo apoſtoloꝝ.q̃ in ſurrexerũt in parti
bus lõbardie.vbi ſunt ꝑ eccl'ie p̃latos ⁊ in
quiſitores cõdẽpnati.¶ Nota ꝙ tp̃oribus
dñi honorij pape.iiij.bonifacij.viij. nicho
lai.iiij.clemẽtis.v.in ep̃atib⁹ ꝑgamẽſi ⁊ nouarieñ.⁊ par
tibus circũuicinis. inſurrexerunt duo magni hereſiarche
ſcꝫ geraldus ſegarelli ꝑgamẽſis.⁊ dulcin⁹ nouarieñ.q̃ to
tã terrã illã ſuis ifraſcriptꝭ errorib⁹ iplẽtes cõgregatõnẽ
quãdã fecerunt. quã apl'os vocauerũt.q̃ ſub nulli⁹ obia
viuebãt.ſed tm̃ ſe eſſe ſubiectos ſoli deo ⁊ nulli hoĩ.⁊ vitã
ſeq̃ apl'oꝝ ſingulariter aſſerebãt. Jſti publice mẽdicabãt
xp̃i apl'os ſe dicebãt.in plateis ⁊ vicis ea q̃ ſibi appone
bant̃ publice mãducabãt.pniaꝫ ꝑ vicos ⁊ plateas p̃dica
bant cũ mãtello albo ad collũ ꝑ modũ pallij eleuato ⁊ tu
nica alba. ac lõgis crinib⁹ aliqñ vtẽdo.in pedib⁹ ſoleis.
aliqñ nudis pedib⁹ incedebãt.⁊ a cõi cõuerſatiõe fideliũ
vita ⁊ morib⁹ deſidẽtes ſingularẽ vitã ſe ducere apl'icã ſi
mulabãt.⁊ plures ac quã plures inficiebãt. poſtq̃ꝫ eoruꝫ
nõ fuit aĩa rõnalis:q: tũc fuiſſet aĩa de dei eẽntie:ſꝫ intel-
ligit̃ ꝙ fuit ſpũs ſcũs hoĩ inſpirat⁹. Hos articl̃os poſuit
cirill⁹ in libro theſauroꝝ. ¶.xx.ẽ:ꝙ ſpũs ſctũs ẽ in medio
pr̃is ⁊ fillij. Hũc articl̃m poſuit gregori⁹ nazãzen⁹ in ſer
mone de epiphia. ¶.xxj.ẽ:ꝙ ſpũs ſcũs ẽ verbũ filij. Hũc
articl̃ꝫ poſuit baſili⁹ i ſmone de ſpũ ſcõ. ¶.xxij.ẽ:ꝙ ſpũs
ſctũ s ꝑ filiũ oꝑat̃. ¶.xxiij.ẽ: ꝙ i angelis quo ad naturã.
nõ dicim⁹ ſcõꝫ nec tertiũ. Hos articulos poſuit baſilius.

## ¶ Errores tartarorum.

Queſtio.xxij.de hereſibus ⁊ erroribus tarta-
rorũ. Nã tartari cũ ſint plurimi.in ſuis er-
rorib⁹ ſunt diſtincti. ¶ Quidã ſũt qui ex to
to ſequũtur errores ſarracenorũ:⁊ ſunt veri
ſarraceni. ¶ Quidã aũt qui hos errores nõ
ſequũtur:tñ i errorib⁹ diuerſis ⁊ difformit̃ icidũt. Nã q̃dã
adorãt lunã. Alij aũt adorãt ⁊ hoc ẽ q̃ſi gñale int̃ eos illđ
aĩal qđ eis mane occurrit ꝑmo:ſiue ſit canis : ſiue ſit aſin⁹
ſiue hõ:ſiue aliđ q̃lecũqꝫ: ⁊ cũ q̃libꝫ die đ mane nõ occur
rat:nec etiã oĩb⁹ eadẽ die.ſꝫ vnũ vni hoĩ:aliđ alit̃ i.iđ difor
mit̃ ſibi deũ cõſtituũt ⁊ adorãt. ¶ Quidã eoꝝ cũ ſũt extra
terrã ſuã captiui:⁊ deſiderãt redire ad eã ſuſpẽdũt ſe vl̃ ꝑ
cipitãt.vl̃ al̃r int̃imũt:credẽtes ſe reddire ad terrã ſuã ꝑ ta
lẽ modũ. ¶ Quidã eni q̃ magis int̃ eos reputãt̃ ꝑfecti:cõ
gregatis ꝑ̃etib⁹ ⁊ amicis:ſeu magis coniũctis: ⁊ receptis
lr̃is a diuerſis q̃ dirigunt̃ amicis eoꝝ defũctis publice cũ
illis lr̃is letãter ⁊ gl̃ioſe faciũt ſe cõburi:credẽtes ꝑ talẽ cõ
buſtionẽ ⁊ gen⁹ mortis ire i ſaluationẽ ad cõſortiũ btõꝝ.
Iſti tartari vt i pl̃imũ ſũt hoies brutaleſ:nec vet⁹ teſtamẽ
tũ nec nouũ admittũt:nec alijs ſciẽtijs itẽdũt:ſꝫ brutaliter
viuunt.

## ¶ Errores turchorum.

Queſtio.xxiij.de hereſib⁹ ⁊ errorib⁹ turcho-
rũ turchi comuniter ſunt ſarraceni: ⁊ eoꝝ er
rorib⁹ inuoluũtur alias nullã ſpecialẽ ſectã
habent:nec certũ errorẽ:ſed varij varijs er-
roribus mentibus captiuantur.

## ¶ Errores ſarracenorum.

Queſtio.xxiiij.đ errorib⁹ ſarracenoꝝ. Sarra
ceni a ſarra . Agareni ab agar ſm veritatẽ
pri⁹ dicti ſunt.q̃ idẽ ſunt i re. ſꝫ diferũt noie.
a machometo clerico xp̃iano de bononia ci
uitate ytalie oriũdo. a fide poſtea apoſtata

errores nefandiſſimꝰ ꝯtraxerũt. Iſti nec vetꝰ teſtamentũ
nec nouuũ recipiũt. baptiſmũ renuũt: circũciſionẽ admit-
tũt. btã ʒ mariã matrẽ xp̃i virginẽ cõcepiſſe. ⁊ abſqʒ viri-
li ſemie ac ſctã ʒ ⁊ pfectã dñam eẽ aſſerũt: xp̃m eiꝰ filiũ nõ
deũ ſʒ. purũ hoiẽʒ lʒ iuſtũ ⁊ ſctm̃ eẽ dicũt. ip̃m mortuũ nõ
fuiſſe. ⁊ cõſequent̃ rexurrexiſſe nõ credũt ſacramẽta eccl̃ia
ſtica niſi matrimoniũ nõ admittũt: articl̃os fidei niſi mũ-
di creationẽ reſpuũt. Machometũ hereticũ ꝑfidũ: fuiſſe
ſctm̃ ꝓphetã p̃dicãt ⁊ atolũt: ꝑ lotionẽ manuũ ⁊ pedũ ex
tiorẽ corꝑis credũt mũdari a pctõꝝ maculis: ⁊ mẽtis inq-
namẽtis. Et nõnulli eoꝝ minꝰ rõne vtẽtes credũt ꝑadyſũ
in alio mũdo cõſiſtere: i eſu melis: ⁊ potu lactis fluuij cur-
rentis: ⁊ frequenti cõcubitu virginũ puelarũ.

## ¶ Errores iudeorum.

QUeſtio. xxv. d̃ erroribꝰ iudeoꝝ: iudei a iuda
filio iacob dicti ſunt. v. libros moyſi: libros
regũ ⁊ ꝓphaꝝ de antiquo teſtamẽto reci-
piũt. Teſtamẽtũ nouũ nõ recipiũt: baptiſ-
mũ nõ ſʒ circũciſionẽ admittũt: ſacramenta
eccl̃ie niſi matrimoniũ cõtẽpnũt: articl̃os fidei niſi creatio
nẽ mũdi nõ credũt: dñm nr̃m ieſũ xp̃m nõ filiũ dei eẽ: ſed
puꝝ hoiem: ꝓpham deceptorẽ ⁊ deceſtabilẽ blaſſemãtes
mẽdaciter: fallacit̃: ac cõdẽpnabil̃r ꝓferũt: xp̃m ſiue meſ-
ſiã in lege ꝓmiſſũ q̃ iã venit nõ agnoſcẽtes: vẽtuꝝ ꝓnun
ciãt: deſiderãt: ⁊ afectãt: ꝑ ſolã legẽ veterẽ iuſtificari ſe exi
ſtimãt ⁊ ſaluari: cũ tñ ſm veritatẽ irrefragabilẽ fidei orto
doxe nõ ſit aliud nomẽ datũ ſub celo hoibus i quo opor-
teat nos ſaluos fieri teſte apl̃o paulo niſi nomẽ dñi nr̃i ie-
ſu xp̃i q̃ cũ patre ⁊ ſpũ ſctõ ẽ benedictꝰ deꝰ in ſcl̃a. Amẽ.

Este capitulo debe hallarse a continuacion de la disputa ... de la ... enlada ... principio de ella

¶ Capl̃m vnicũ in quo ponũt̃ decẽ rõnes d̃clarantes quare
ſacri ordinis p̃dicatoꝝ fratres doctrinã hanc (vʒ ꝙ btiſſima
virgo in originali pctõ fuerit cõcepta) defendẽdaʒ tuẽdãqʒ
ſuſceperint.

MUlti q̃ ſit vera gratitudo penitꝰ neſcientes frẽs
p̃dicatores ingratos eẽ btiſſime virgini: menda
ci ore obijciũt. Aiũt. n. inter catholice fidei cul-
tores dicti ordinis fratres. maxime ſacratiſſime
virgini teneri: ꝑ eo ꝙ ip̃a eos maximis priuile-
gijs dotauit / ordinis ſui principalis fundatrix extitit (⁊ illo
rum ordinem ſuum vocans ſepius pleno ore: eos apud diuer
ſoꝝ ſtatuũ perſonas plurimũ cõmẽdauit ⁊ nimiũ fauorem p̃
ſtitit. Cum ergo hec ita ſe habeãt ⁊ de manu virginis ſacre:
ſibi plurima cõdonata munera ꝓbẽt: ſatis in gratitudinis ar
guendi ſunt / qm̃ honori beatiſſime virgini collato. illi ſoli vt
capita reſiſtere vident̃ ⁊ gratie fauoriqʒ virginis btiſſime im
pugnatores ſe obijciant. Qm̃ ergo ⁊ ignoranter loquũt̃ ⁊ in
quo vera gratificatio conſiſtat capere nequeũt neceſſe eſt hu
ic operi rõnes quibus ſacer ordo predicatoꝝ ad hanc doctri
nã defendendã mouetur: apponere. quatenꝰ ⁊ ip̃oꝝ intentio
⁊ oblatrantiũ ignorantia luce clarius appareat. Sũpte ſunt
aũt ex libro reuerendiſſimi dñi ioãnis de turrecremata car-
dinalis ſcĩ ſixti / quẽ de iſta materia ꝯpoſuit ca. 62. ad l̃ram:
¶ Plane verum dicũt aduerſarij i hoc ꝙ (pro eo ꝙ atteſtã
te legenda beati dñici p̃cibus ſacratiſſime virginis ip̃e p̃di-
catoꝝ ordo a diuina clemẽtia ſit inſtitutꝰ: ab eadẽ ꝟgine ha-
bitu decoratꝰ: interuentu dilatatus ⁊ conſeruatus plurimis
gratijs ⁊ muneribus in multis perſonis eius ampliſſime do
tatꝰ): profeſſores eiuſdẽ ordinis ſint inter alios ſtatus xp̃ia-
ne religionis potius obligati ad oẽm fauorẽʒ gl̃ie ⁊ honoris
beate virginis illius. ſ. qui ſine offenſa ſcripture ſancte ei im-
pendi põt. Qd̃ etiã ꝑ eoꝝ poſſibilitate iuxta deſuꝑ creditaʒ
eis bñdictionẽ ml̃to acurato ſtudio ꝑſoluere curarũt: de eiꝰ
laudibꝰ copioſiſſimos ⁊ varios cõponẽtes libros. tractatus
⁊ ſermões: de q̃ꝝ fructuoſis opibꝰ vniuerſa nũc gaudet ma-

A

VNIVERSIDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ter eccl'ia. Ex qua obligatiõe qua ſic prefati ordinis ꝓfeſſo-
res virgini bñdicte ſũt aſtricti ꝑuenit ꝙ ipi taꝫ cõſtãtes ſem
per cõſtiterũt in defenſiõe hui⁹ doctrine. vꝫ. ꝙ btã virgo fue
rit in originali pctõ ꝯcepta. Exiſtimãtes eã q̃ ſolis veraꝝ lau
dũ titulis p̃dicãda venit: de ſcitate ꝯceptiõis ꝑ imunitatem
originalis pcti cũ veritate laudari minime poſſe. Mouẽtur
aũt p̃fati ordinis ꝓfeſſores ad hui⁹ doctrine ꝓſecutionẽ decẽ
Prima rõ — ex capitib⁹. ¶ Primo quidẽ qꝛ mũdã ſiue immunẽ hũiſſe cõ
ceptionẽ ab originali pctõ ſoli⁹ xpi eſt ꝓrogatiua: ſicut aucto
ritate multiplici ſcripture ꝛ ſcõꝝ patuit ĩ hoc libro. Quo cõ
ſiderato arbitrãt̃ p̃fati ordinis ꝓfeſſores iuxta btiſſimi ber-
nardi ſniam ꝙ hãc imunitatis ꝓrogatiuã virgini attribuere
nõ ſit eam laudare: ſed magis eius honori detrahere: dicen-
Sinodi⁹. — te ſinodio in ep'lari ſuo. Quãtũ vera laus ornat: tantũ falſa
caſtigat. Quare ꝑ debito quo ad ꝺfenſionẽ honoris ꝛ gl'ie tã
redẽptoris nr̃i ꝙ feliciſſime matris eius aſtringũtur: antedi
ctã doctrinã q̃ ſeruata xpi ꝓrogatiua: virgini laudes debitas
Scda rõ — impẽdit: debita cũ reuerẽtia ꝓſequuti ſũt. ¶ Scdo ad h̃ mo
uẽtur: qꝛ ſcriptura ſacra aptiſſime docet oẽm hoĩem ab adã
ſeminaliter deſcẽdẽteꝫ cuiuſmodi fuit btã virgo: in originali
pctõ cõceptũ eẽ: ſicut in ampliſſimo numero nedũ ſacre ſcri-
Aug. — pture: ſꝫ etiã ſcõꝝ patrũ teſtimonio ſuperi⁹ in hoc libro de-
mõſtratũ eſt. a qua vl'itate nullũ eſſe excipiẽdũ btũs aug. ad
fidei catholice ꝑtinere aſſerit fundamẽta: vt ſupi⁹ dicta in h̃
libro luculẽter oñdũt: Quibus in hac re teſtimonijs tã apte
loquẽtib⁹ cõſideratis: p̃fati ordinis ꝓfeſſores (attẽdẽtes ſciſ
ſime ꝙ nulla ſit dicẽda vera laus q̃ ſacre ſcripture repugnat
Aug. — cui⁹ integritas nr̃e ſciſſime religiõis eſt fundamẽtũ: conſide
rato inſup ꝙ vt ait aug. libro de mẽdacio. maxime ꝑniciosũ
Tertia rõ. — ſit mẽdaciũ qd fit in hijs q̃ ad religionẽ xpianã ꝑtinẽt) pre-
dictã doctrinã ſingulariter cõplexi ſũt. ¶ Tertio ad hoc mo
uet̃ ex ſcõꝝ patrũ ꝛ btiſſime virgini deuotiſſimoꝝ doctrina
Aug. ꝛ alij — q̃ luce clariſſima virginẽ bñdictã originale pctm̃ ꝯtxiſſe teſtã
tur ſicut de beatis auguſtino. maximo. euſebio. leone. anſel-
mo. bernardo ꝛ ſcõ thoma ſupiora demonſtrant. Quoꝝ ſcõ

rum patrũ conſiderata doctrina: prefati ordinis profeſſores
(attendẽtes qd dicit̃ ꝓuerbioꝝ. 22. nõ trãſgrediaris termi- — Prouer. 22.
nos antiquos quos poſuerunt patres tui. glo. i. terminos ca
tholice fidei quos ab initio cõſtituerũt doctores. Et illud in — Decreta.
c. Si ille. 50. di. Quicqd ꝫ illoꝝ diffinitionẽ in qb⁹ ſpũm ſcm̃
credim⁹ eſſe loquutũ dictũ fuerit: nõ ſolũ temerariũ: ſed etiã
periculoſuꝫ eſſe nõ dubito. Et ꝙ prima ſal⁹ eſt recte fidei re
gulã cuſtodire: ꝛ a cõſtitutis patrum nullaten⁹ deuiare. 25. q
1. c. prima ſalus) p̃fatã doctrinã tãquã ſcõꝝ patrũ ꝛ eccleſie
doctoꝝ ꝓſequẽtes veſtigia docuerũt ꝛ p̄dicarũt. ¶ Quarto — Quarta rõ.
ad hoc mouẽtur ex eo ꝙ hec doctrina videt̃ antiqua fuiſſe fi
des eccl'ie. qd ſupius tã ex cõmuni ſcõruꝫ ſententia: ꝙ ex hijs
que eccleſia multis in locis per orbẽ decãtat ĩ feſto ſcificatio
nis beatiſſime virginis colligebat̃. Quibus cõſideratis p̃fa-
ti ordinis ꝓfeſſeſſores (attẽdẽtes qd dicit̃ Job. 31. Filij ſcõ- — Job. 31.
rum ſumus: ꝛ vitã expectamus quã deus daturus eſt illis q̃
nunquã vitam ſuam mutant. Et illud prouerbioꝝ. 6. Ser- — Prouer. 6.
ua fili mi precepta patris tui. glo. i. dei. Et ne dimittas legeꝫ
matris tue. glo. ideſt eccleſie) prefatam doctrinaꝫ vtpote ꝫe
latores defenſores ꝛ precones fidei vniuerſalis eccleſie tam
conſtanter ſunt amplexi. ¶ Quinto mouentur ad hoc ex ali — Quinta rõ
quibus diffinitionibus factis in concilijs vniuerſalibus vni
uerſalem repreſentantibus eccleſiam. que nullo modo ſoli-
da eſſe videntur ſi aliqua alia perſona a chriſto in hũano ge
nere a peccato penitus libera fuiſſe dicat̃: ſicut patet ex hijs
que ſuperius inducta ſunt de concilio mileuitano de quo ha
betur in capitulo placuit. de conſecratiõe diſt. 4. Et de epi- — Decre.
ſtola leonis pape per concilium calcedonẽſe acceptata ꝛ ap — Leo papa.
probata. Quibus conſideratis prefati ordinis profeſſores
(attendentes ꝙ vt dicitur in cap'lo. violatores. 24. q. 1. con — Decreta.
tra ſpiritũ ſanctũ blaſphemare nõ incõgrue videt̃ q̃ ꝫ ſacros
canones aliqd ꝑterue agũt: aut loq̄ p̃ſumũt) p̃fatã doct̃naꝫ
tãꝙ canonib⁹ ſacrorum cilioꝝ cõformẽ ſtudio ꝛ doctrina
ſuſtinere curarunt. ¶ Sexto mouentur ad hoc ex aliquib⁹ — Sexta rõ



VNiVERSIDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

diffinitionibus apoſtolice ſedis. Et maxime ex illa ſepius in
zozimus superioribus repetita zozimi pape: que vt refert Augu. ta/
lis eſt. Nullꝰ niſi q̇ pcti ſeruꝰ eſt liber efficit: nec redēptꝰ dici
pōt: niſi q̇ vere fuit ꝑ pctm̄ ante captiuꝰ: ſcd̄m quā diffinitio
nē: neceſſe eſt aſſerere btām v̄ginē pctī originalis captiuita/
tis vinculū in conceptiōe ſua ꝫxiſſe: cum de numero redēpto
rum per chriſtum vna exiſtat. Quo conſiderato prefati or/
dinis profeſſores (attēdentes diffinitiōes fidei aplīce ſedis
Hieronimꝰ. maxime eſſe auctoritatis iuxta ꝓfeſſionē btī hieronimi in. ca.
hec eſt fides papa btiſſime. 24. q. 1. Et qd̄ a oībꝰ ſūt ꝓſequen
de: iuxta capl'z primū di. 12. vbi ſic dicit calixtꝰ papa. nulli du
biū eſt q̄n aplīca ecclīa mater ſit oīum eccleſiaꝝ: a cuiꝰ regul'
nullatenꝰ cōuenit deuiare) doctrinā ante dictā de cōceptiōe
Septia rō beate virginis ſūt tāte zelo ꝓſequuti. ¶ Septimo ad h̄ mo/
uētur ex eo ꝙ multo plures doctores principaliores auctori
tate ſapia p̄ſtantiores ſiue in ſchola theologie ſiue iuris cano
nici hanc doctrinam habuiſſe: docuiſſe: ac pro eruditione po
puli chriſtiani in ſuis libris cōmendarunt. ſicut clariſſimo te
ſtimonio patuit ſuperius in hoc libro. Quo conſiderato pre
fati ordinis doctores (attendētes illud eccli. 39. Sapientiā
antiquoꝝ exquiret ſapiens: ꝛ narrationē virorūz nominato/
rū. i. famoſoꝝ conſeruabit) predictā doctrinaz de conceptio
ne beatiſſime virginis vtpote quā vniuerſa fere famoſiſſimo
Octaua rō. rū docotum theologoꝝ ꝛ iuris peritorum ſchola perdocuit
ſtudio ꝛ doctrina ſunt cōplexi. ¶ Octauo mouentur ad hoc
zelo ſeruandi ꝛ defendendi gloriaz ꝛ integritatē honoris ſal
uatoris noſtri dei: ꝛ ꝑ conſequens glorioſe matris eius. Pla
ne oīum fere doctorum qui ſuperius inducti ſunt in huiuſce/
modi doctrine approbationē ꝛ teſtimoniū veritatis. eſt cōis
conſequentia: ꝙ ſi virgo maria non fuerit in originali conce
pta: attento ꝙ nullum actuale peccatum cōmiſerit: non indi
guerit redemptione ꝛ ſaluatione facta per chriſtum: de quo
dicitur Mathei. 1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum a pec
Mathei. 1. catis eorum. Quod inconueniens eſſet dicere. Quo conſide
rato prefati ordinis profeſſores (attendentes ꝙ vt dicit ſan

ctus thomas in quoli. 6. q. 7. non debet dari tantuz matri ꝙ
ſubtrahatur aliq̄d honori filij qui eſt ſaluator omniuz. 1. ad
thimo. 4.) doctrinaz p̄dictaz que nihil debito honori virgi
nis beatiſſime ſubtrahit: ꝛ integritatem glorie chriſti maxi/
me quo ad vtilitatem redēptionis humane defendit: ſtudio d̄
uotionis proſequuti ſunt. ¶ Nono ad hoc moti ſunt ex do/ Nona ratio
ctrina illa ſaluberrima. q̄ dux ꝛ pater inclitus beatus domi/ Scūs dn̄icꝰ
nicus in principio ordinis. verbis ꝛ litteris fratribus perſua
debat. vz ꝙ in vtroqz teſtamēto. in ſacris litteris. ꝛ ſolis an
tiquorum patrum ſententijs ꝛ cōmunibus eccleſie doctrinis
ſuum ſtudium firmiter collocarēt. Sanū plane diuini docto
ris ꝛ patris optimi conſiliū: vt hij qui xp̄iani populi p̄dicato
res ꝛ doctores inſtituebātur: nō quibuſcūqz friuolis doctri
nis. ſed eis tātūmō aīum imbuendum exhiberēt: que a fonte
diuine ſapientie. in ſacra ſcriptura. atqz per ſcōs ꝛ approba/
tos doctores primos nr̄e fidei fundatores cognoſcerēt ema/
naſſe: ſequentes in hoc eccleſiam romanā de qua in ca. a re/
cta. 24. q. 1. ita dicitur. Hec eſt ſancta ꝛ aplīca mater oīum Decreta.
eccleſiaꝝ xp̄i ecclīa q̄ ꝑ dei oīpotentis gr̄am. a tramite aplīce
traditiōis nūquā erraſſe ꝓbat: nec hereticis nouitatibꝰ de/
prauanda ſubiacuit: ſed chriſti principibus illibata perma/
net. Qua conſultatiōe ſalutari penſata prefati ordinis pro/
feſſores (attendentes etiam id quod apoſtolus ad hebre. 13. Ad heb. 13.
ca. ait doctrinis varijs ꝛ peregrinis nolite abduci. glo. ideſt
a veritate fidei catholice in qua fundati eſtis) predictam do
ctrinam de conceptione beate virginis vtpote tam in ſcriptu
ra ſacra q̄ in ſolidiſſimis maiorum noſtrorum patrum eccle
ſie ſententijs fundatam: integro ſtudio proſequuti ſunt.
¶ Decimo ad hoc moti ſunt ex eo ꝙ doctrina ex aduerſo di Decima rō
ligenter conſiderata. in nulla ſacre ſcripture auctoritate aut
cuiuſcunqz ſancti videtur expreſſe fundari: quinimo contra
eam plurima tam ſcripture ſacre q̄ ſanctorum patrum mi/
litant teſtimonia. ſicut aſſiſtente ſpiritu veritatis ſuperiꝰ no
tum factum eſt: cum ad omnia inducta ex aduerſo ſiue au/



VNIVERSIDAD D SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ctoritates ſiue rationes data ſunt reſpōſa. Quibus conſide-
ratis prefati ordinis profeſſores (attendentes ꝙ non eſt ſe-
curum relinquere doctrinam ꝙ ſacre ſcripture tam apte fū
dat auctoritas ⁊ ſanctorum patrum ac doctorum famoſiſſi-
morum cōmēdat tradicio ⁊ nouam completi opinionē ꝙ nec
auctoritas nec euidencia cuiuſcunqꝫ rationis cōmendare vi
detur) doctrinam prefatam de conceptione beate virginis ī
originali peccato debita cum modeſtia ſunt cōmuniter proſe
quuti. Has cauſas fore arbitror propter quas ſacri ordinis
predicatorum profeſſores cōmuniter doctrinam hanc de cō
ceptione beate virginis in originali peccato tanto zelo. ſtu-
dio. eruditione ac defenſione proſequuti ſunt. Hee ſunt pla
ne cauſe ob quas in huius doctrine defenſione. ſcandala va
ria / damna multiplicia ab emulis equanimiter ſupportarūt
arbitrantes in hoc loco auctoritatem habere regulam illam
Regula iur[is] notāda. iuris que ex beato gregorio ſuper ezechielem ſuſcipitur. Si
de veritate ſcandalum ſūmitur: vtilius ſcandalum naſci per-
mittitur ꝙ veritas relinquatur. Hee ſunt profecto cauſe ꝓ-
pter quas prefati ordinis profeſſores doctrinam ex aduer-
ſo exiſtimatam / teſtimonio tantorum doctoruꝫ. ſcripture di
uine. ⁊ ſanctorum patrum auctoritati aduerſam ⁊ glorie ⁊ di
gnitati ſaluatoris noſtri dn̄i ieſu chriſti preiudicialem: tanto
zelo proſequuti ſunt. Parati tamen ſemper ſuſcipere tene-
re ⁊ ꝑdicare. quicquid vniuerſalis mater eccleſia: aut ſedes
apoſtolica in hac re duxerit diffiniendum. Hec omnia dictus
dn̄s cardinalis. vbi ſupra.

¶ Capitulum vnicum quid auctoritatis habeat
baſilienſe cōcilium declarans.

Quoniam in iſta materia ⁊ loquentes ⁊ predi-
cantes multotiens allegant in confirmationem
erroris ſui baſilienſe concilium: quid dictum cō
cilium auctoritatis habeat huic operi ſubſcri-
bendum putaui. Et primo ponam que de illo
dominus ⁊ beatus antoninus archiepiſcopus florentinus in
3. par. hiſtoriali titu. 22. ca. 1. §. 4. dicit. Poſtea vero aliquid
ex multis qui de illo dicit. Dominus cardinalis ſancti ſixti
Joannes de turrecremata. ¶ Antoninus ergo in loco alle- Antonin⁹
gato dicit ſic. In illo tempore cum plurima turba baſilee cō-
ueniſſet epiſcoporum ⁊ aliorum prelatoruꝫ vna cum quibuſ
dam cardinalibus qui ab eugenio receſſerant. vꝫ placenti-
no bononienſi. domino antonio veneto arelatenſi. aragonē
ſi: hyſpano. cipriano. ⁊ domino iuliano romano. cardinali ſā
cti angeli legato in concilio generali ibi deputato: animad-
uertens eugenius ex fideli multorum relatione illos congre
gatos. non vacare ad extirpationem hereſis bohemiorum ⁊
reformationem eccleſie: propter quod concilium fuerat or-
dinatum. ſed ad deformationem ⁊ conſpirationem contra
ſe. ad eum deponendum tanquam fautorem bellorum ⁊ diſ-
cordiarum. ac bonorum eccleſie dilapidatorem. ac virum ſan
guinum. ⁊ eccleſiam ſcandalizanteꝫ. Unde ne ſciſma ſequere
tur deſtinauit ſolemnes oratores. eccleſie prelatos baſileam
inter quos fuit abbas de ſicilia tunc panormitanus epiſco-
pus (qui ſuper decretales notabilem lecturam compoſuit)
ad monendum illos vt deſiſterent ab inceptis rationibus.
reuincendo intemptatum opus eorum. ipſum vero concili-
um auctoritate apoſtolica diſſolutū eſt. ⁊ legatus reuocatus
eſt ab ea preſidentia. Illi tamen obturauerunt aures ſuas:
non audientes vocem domini: ſed congregatione illa facta
conciliabolo nullas vires habente niſi vt ſinagoga ſathane
auctoritate ſue temerarie ꝑſūptōis: ceperūt eugeniū ad cōci
liū adeūdum citare. Sollicitati ad hoc a duce mediolanenſi



VNiVERSIDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

egre pōtificatum eius ferente: quia nō ſibi fauebat Impera
toꝛ ſigiſmundus iaꝫ coꝛonatus illuc adueniens oīno ſub com
minatiōe hoc fieri ꝓhibebat: cum ſciſma immediate pꝛeteri
tum cum tanto laboꝛe vix fuerat ablatum. Cardinalis etiaꝫ
ſancte crucis oꝛdinis carthuſienſiuꝫ qui a martino fuerat in
franciam legatus miſſus ad pacem inter regem ⁊ duceꝫ bur
gundie cōponendam ſupueniens: ad obuiandū malis idem
oīno diſſuadebat. Ueneti quoqꝫ ſe mediatoꝛeſ conſtituerūt
ad recōciliandū cardinales aduerſos eugenio: quo pacto in
de abeundo reuerſi: ab eo benigne recepti ſunt: ⁊ in dignita
tibus ſuis ꝑmiſſi: exceptis arelatenſi ⁊ hyſpano qui in baſilea
remāſerunt. Non multo ante dux ſabaudie potens in dñio
⁊ nō minus in diuitijs magnis cōgregatis. ſpiritu (vt credet̄
⁊ rei exitus demōſtrauit) ambitiōis ductus. curā regiminis
tempoꝛalis filio relinquens: habitū heremiticū ſimulata re
ligione aſſumpſit: locū quēdā dictum ripalliā ad habitandū
eligens. Qui igitur in baſilea congregati erant. inter quos
aliqui pꝛiuati epiſcopatu ⁊ dignitatibus ſuis. ab eugenio pꝛo
pter ſcelera ſua ſuam temeritatē ꝑſequentes: depoſito euge
nio a papatu: erexerūt ſibi in ydolū pꝛedictū duceꝫ ſabaudie
a me deum dictū: queꝫ apoſtaticū fact: felicem nūcuparunt
Qui intronizatus non in ſede petri ſed luciferi (qui ſedem
ſuam ab aquilone poſuit) aliquos anti cardinales inſtituit.
⁊ inter eos magiſtrū ioānē ſacre theologie ꝓfeſſoꝛem oꝛdi-
nis pꝛedicatoꝝ. qui multum laboꝛauerat in ſermōibus ⁊ diſ
putatiōibus in fauendo conciliabolo. ſed cito moꝛte ſubtra-
ctus ē. Alter fuit abbas ſiculꝰ de q̄ ſupꝛa. qui ſtipēdiatꝰ vna
cum dño ludouico romano magno ſalario eximij iuris ꝓfeſ-
ſoꝛes: a rege aragonū ad eugeniū parū affectū ex eo ꝙ iuſti-
cia dictante: ei ꝓhibuerat terras regni apulie inuadere: cum
ibi nullum ius obtineret: multū oꝑabantur in fauoꝛem cōa-
liaboli ⁊ infelicis creati. Sed quales oꝛo v̄itatis amatoꝛes
qui pꝛius pugnas verboꝛum pꝛo eugenio fecerant multas:
a veritate auerſi ⁊ venales effecti: iam contra ipſuꝫ. pꝛo infe
lice Felice pꝛeliabātur. Et abbas quidem in mercedem ſue

iniquitatis pileū recepit quē tamē poſtea inde recedens di-
miſit: panoꝛmiū reuerſus. Ludouicus tñ in breui vita fūctꝰ
eſt: ⁊ per hunc modū baſilea peperit baſiliſcū. Hunc tñ ne ve
neno ſui ſciſmatis interficeret alios: eugeniꝰ floꝛentie degēs
maturo cōſilio ſuper hoc habito cum cardinalibꝰ ſuis ⁊ alijs
p̄latis eccleſie ⁊ cōſenſu. in publico cōſiſtoꝛio. oꝛ̄onibus ſolē-
nibus p̄miſſis ne videreꝛ̄ liuoꝛe vindicte nō zelo iuſticie ꝓce
dere: ſniām excōicatiōis fulminauit cōtra illuꝫ amedeū apo
ſtaticū ⁊ oēs eius ſequaces. Et ſiquidē imenſa cupiditas euꝫ
nō deuiciſſet ſed theſaurū ſuū per tpa cōgregatum exponere
voluiſſet: ſatis dilataſſet obedientiā ſuam. que tñ fines terri
toꝛij ſui nō exceſſit ⁊ quaſi etiā a ſuis violēter extoꝛta. Deus
aūt eliciēs ex malis bona maioꝛa: ꝑmiſit in eo auaritiā ⁊ am
bitionē ſuperare: cum pꝛo ſ exaltatiōe ſūmi pontificatus ſui:
pecunias ſuas nō acquieuit diminuere: ſed ex ipo ſtuduit au
geri: beneficioꝝ vacantiū fructus ſibi reſeruans. ⁊ alia exer
cens ex quibus diuicias accumularet. Permāſit aūt hoc ſciſ
ma vſqꝫ ad tempoꝛa nicolai quinti ſucceſſoꝛis eugenij imedi
ati: vt infra patebit. ¶ Idem aūt antoninus eadē parte ⁊ ti. Idem.
ca. 12. de huius ſciſmatis fine ⁊ de deiectiōe apoſtatici ame-
dei in idolum exaltati ſic dicit. Anno domini. 1447. creatꝰ
eſt pontifex ſummus thomas. vocatus cardinaliſ bononieñ.
⁊ in papatu nicolaus quintus nuncupatus. in numero vero
pontificum ducenteſimus decimus ſeptimus. Sedit autem
annis octo. Et infra. Hic audientiam in pꝛincipio omnibus
dabat nimiaꝫ. die noctuqꝫ ita vt requiem opoꝛtunā ſibi ſub-
traheret. Sed poſtmodum ita tardam ⁊ raram: vt omnes
attediarētur. Uiſitatus eſt autem a pꝛincipibus ⁊ cōmunita
tibus chriſtianitatis (vt moꝛis eſt) per oꝛatoꝛes eoꝛum con
gratulantibus de eius exaltatiōe in apoſtolica ſede. ac vene
rantibus vt vnicum. legitimum. ⁊ indubitatum apoſtolicum
vicarium ieſu chriſti ⁊ ſucceſſoꝛeꝫ petri. Et pꝛimo a rege ara
gonū vtpote magis vicino: excepta regione ſabaudie in qua



VNiVERSiDAD D SALAMANCA BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ſe gerebat pro apoſtolico. qui reuera apoſtaticus erat: ame/
deus vocatus felix dux prius ſabaudie: cum aliquibus cardi
nalibus ab eo creatis: ⁊ arelatenſi. a ſuis. etiaʒ magis coacti
one quã deuotione veneratus. Uerum poſt duos annos vel
circa in ſeipſum reuerſus ⁊ ab alijs exortatus: per ꝓcurato/
res ſuos coram ipo nicolao renunciauit omni iuri quod ha/
beret ſeu pretenderet habere in papatu: certis conuentioni
bus adhibitis. vʒ. vt cardinalis remaneret ipſe amedeus ac
legatus in regione illa: ⁊ aliqui etiam ex ſuis cardinalibus in
dignitatibus ſuis perſiſterent qui doctiſſimi viri erant ⁊ alij
prelati in ſedibus ſuis. Quibus omnibꝰ nicolaus verus põ
tifex: cum cardinalibus acquieuit pro bono pacis ⁊ ãmotio
ne ſciſmatis baſilienſis quod ceſſauit in totum. Hoc autem
factum eſt anno domini. 1449. Hec ille. vbi ſupra.

Cardinalis ¶ De hoc etiam concilio cardinalis ſancti ſixti Joannes de
turrecremata qui ipſi interfuit in diuerſis locis ſuorum li/
brorum multa dicit. Sed ex eis aliqua ⁊ pauca breuitatis
cauſa hic pono. Et primo ſuper ca. pronunciandum de con/
ſecra. diſtin. 3. in arti. quinto in ſolu. vltimi argu. dicit. ¶ Ad
quartum reſpondetur ꝙ falſum eſt ꝙ baſilienſium congre/
gatio. tempore quo concilij nomen ⁊ veritatem habuit ali/
quid circa hanc materiam diffinierit aut inſtituerit. Cum
nos illo tempore ibidem fuerimus preſentes. Sed poſtmo
dum poſtquam tranſlatum fuit concilium per ſancte memo
rie ingenium in ferrariam ⁊ tandem in florenciam: ⁊ preſi/
dentes pape iam receſſerant de baſilea: ⁊ predicta congrega
tio tanquam ſciſmatica. ſacrilega. ⁊ heretica. fuit condemna
ta per eundem dominum eugenium cum ſinodo ſua: aliquid
circa hoc temptauerunt ⁊ preſumpſerunt diffinire baſilien/
ſes vt intelleximus. Sed nihil per illos actuʒ habet aliquid
auctoritatis ſicut per homines adeo auerſos ⁊ hoſtes eccle
ſie ſancte dei ⁊ fabricatores mendaciorum ac peruerſorum
Idem. dogmatuʒ cultores/ Hec ille vbi ſupra. ¶ Idẽ etiã cardinal'

in ſolempniſſimo ⁊ vtiliſſimo opere quod intitulauit ſumma
de eccleſia libro quarto parte prima ca. 9. refert depoſitioneʒ
dicti amedei ſic dicens. Uigeſſimum ſecundum ſciſma fuit
hoc noſtro tempore inter eugenium quartum ⁊ pſeudo pon/
tificem amedeum ducem ſabaudie felicem nuncupatuʒ. Sa
ne inter prefactum eugenium ⁊ baſilienſſe conciliuʒ (quod ce
pit de anno. 31. de menſſe julij ſuper aliquibus temere ate/
tacis in progreſſu ipius per aliquos patres ipius concilij q̃
nunquam alias per quecũqʒ alia vniuerſſalia cõcilia vno exiſ
tente in apoſtolica ſede indubitato pontifice fuerunt atten/
tata: ⁊ maxime ſuper loco ad q̃m greci pro eorũ vnione erãt
venturi) grauis orta fuit diſſenſſio ⁊ plurimũ ſcãdaloſa. Nã
in tantũ quorũdam impiorum hoĩuʒ (qui poſt diſſolutioneʒ
concilij baſilee pertinaciter remanſerunt) creuit audacia vt
amedeum duceʒ ſabaudie in pſeudo pontificem ꝓphanarẽt.
quem felicem noiauerunt. Cui ⁊ ſi pauci exceptis illis de do/
minio ſuo obedirent nihilominꝰ ſtulta preſũptione vulnera/
ta eſt eccl'ia. Uerum mortuo eugenio ⁊ ſuccedẽte beatiſſimo
dño nr̃o nicholao papa quinto. ad ſugeſtioneʒ illuſtriſſimoꝝ
regum ⁊ dominorum. videlicet regis francie ⁊ anglie: prefa/
tus dominus amedeus deſtitit ab in preſia ſummi pontifica
tus. Quem amedeum tam pro nobilitate ſanguinis ꝙ pro
pace reddita eccleſie ſanctiſſimus dominus noſter nicholaus
pro ſua clẽmencia maxima cum caritate ſuſcipiens: cardina/
lem legatum cuʒ certis prerrogatiuis in tota terra ſabaudie
perpetuum inſtituit ac creauit. Et ita ſciſma deo gratias ſo/
pitum eſt. Hec ille vbi ſupra. ¶ De iſto quoqʒ concilio ⁊ de
auctoritate ſua ꝙ fuerit nulla ⁊ inualida idem loquit̃ in eodẽ
volumine libro. 2. ca 100 vbi per multas ⁊ acutiſſimas ratio/
nes oſtendit concilium illud nihil penitus auctoritatis habu
iſſe. De quo etiam duas ſolempniſſimas diſputationes flo/
rẽtie in preſentia ſummi pontificis eugenij. 4. publice fecit ĩ il
lo concilio vbi grecorum vnio facta eſt. ad ꝙ componendam
ſepe dictum baſilienſſe cõciliũ fuerat principaliter congrega

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

Idem. tum. ¶ Ipſe etiam idem propria manu in fine cuiuſdam
ſui libri quē de materia cōceptionis virginis ediderat reſpō-
ſſurus in baſilienſi concilio de iſta materia ſic ſcripſit. Com-
pleto autem hoc opere cum ego prefatuſ magiſter ioannes ꝺ
turre cremata apoſtolici ſacri palacij magiſter in plena con-
gregatione concilij baſilienſſis me contuliſſem : paratum ad
faciendam relationem mihi iniunctam ſicut de hoc publicuʒ
inſtrumentum eſt: reſponſſum eſt mihi per organum reuerē-
diſſimi domini cardinalis ſancti angeli legati apoſtolici ⁊ pre
ſidentis ſanctiſſimi domini noſtri ꝙcum patres ſacri concilij
impreſentiarum circa aduentum grecorum plurimum forēt
ocupati: non poſſent pro tunc intendere prefate materie cō-
ceptionis beate virginis. Unde bonis reſpectibus videbatur
eis: vſque ad aduentum grecorum in hac re ſuperſedendum
eſſe. Ego vero cuius erat maiorum parere preceptis: hac reſ-
pōſſiōe audita : ſup ſedi ab vlteriori requiſitione audientie.
Manſſi tñ poſt per plures menſſes baſilee/paratus ſem-
per ad faciendum prefatam relationem ſi forte eſſem requi-
ſitus. Tandem vero orta grauiſſima ⁊ ſcandaloſa diſſenſſio-
ne. inter patres aliquos baſilie e rēſidentes. et ſanctiſſimuʒ
dominum uoſtrum eugenium ſuper loco ad q̄ʒ greci venturi
eſſent : recedentibus dominis legatis ⁊ preſidentibus alijſqʒ
probis viris. quibus temeritates baſilienſſium plurimū diſ-
plicebant: ego etiam recedere ab eis tanꝙ a male in chriſti fi
de ſapientibus decreui: ad apoſtolicam ſedem que fidei ma-
giſtra eſt: et in qua vt ait hieronimus religio chriſtiana ſem-
per immaculata permanſſit. cum libro relationis mee me cō
ferens. Ex his apertiſſime intelliget quiſque doctus : ꝙ va-
cua ⁊ inualida ſit determinatio. ꝙ in materia prefata concep
tionis beatiſſime virginis factam quidam aiunt poſt diceſſuʒ
meum baſilee. Inualida quidem eſt veritate : cum facta ſit
manifeſte ꝯ aptiſſima ſanctoꝝ patꝝ ecclie teſtimōia. ac ꝯ do
ctrinā expreſā principaliū doctoꝝ. tā diuini iuris ꝙ humani
ſicut ex prefato opere luce clarius videri poteſt. Inualida

eſt ēt predicta determinatio vacua om̄i auctoritate. Tū pri-
mo q2 facta ē poſt receſſuʒ reuerēdiſſimoꝝ p̄ruʒ dñoꝝ cardi-
nalium legatorum ⁊ dñorū preſidencium. ⁊ ita per quoſdam
acephalos. Tum quia facta eſt poſt tranſlationē concilij fa-
ctam de baſilea in bononiam. ⁊ ita non eſt facta per vniuer-
ſſalis eccie ſinodum ſicut quidam menciuntur ſʒ per quādaʒ
congregationē ſathane ſiue eccliaʒ malignāciū. Tū tertio q2
facta fuit per eos qui pro ſuis erroribus ⁊ diabolicis temeri
tatibus: excoīcati: ⁊ tanꝙ ſciſmatici ⁊ heretici per aplicam ſe
dem ⁊ ſctē vniuerſalis ecclie ſinodum fuerunt iuſtiſſime con
dempnati: ſicut apparet ex proceſſibus factis bononie ⁊ flo-
rētie cōtra eos. Hec ille ad litterā. manu propria. ¶ Patet
etiam dictam deciſionem pro nlo a ſummis pontificibꝫ repu
tatam. cum poſt dictum concilium lōgo tempore videlicet an
nis tgita q̄nqʒ fuerit creatꝰ pontifex maximꝰ ſixtus de ordi-
ne minoruʒ qui dedit extrauagantem illam graue nimis vbi
expreſſe dicit cum hoc nondum ſit a romana ſede deciſuʒ. Cō
ſtat autem quoniā ſi illud conciliuʒ aliq̄d auctoritatis habu
iſſet: non potuiſſet papa dicere non eſſe deciſum cum dictum
concilium propter odium quod habuit ad ordinem predica-
torum qui fere totus poſt diſſolutionem concilij ab eugenio
factam contra illud predicauit publice ⁊ priuate iſtam opinio
nem contra omnium ſanctoruʒ doctrinam ꝙ dicti predicato
res deffendunt: determinauit. Determinauit inquam quia
cum verum concilium non eſſet nec in eo ſpiritus ſctūs ade-
ſſet qui pacem in eccia procurat: potuit errare diabolo dictū
errore procurante qui cum procul odoretur bellū tunc ſemi-
na vit zizaniam ⁊ ſcandala: que ex tunc mettitus eſt ⁊ proch-
dolor non dubium quin maiora in dies mettiturus ſit. vt oc-
culis cothidie cernimus. ¶ Ecce ergo ex dictis breuiſſime
patet ꝙ nullius auctoritatis ⁊ ꝙ profunde temeritatis dictū
baſilienſſe conciliuʒ fuerit. ⁊ quanto periculo ſubiaceant qui
errorem ſuum illius auctoritate confirmant.

VNiVERSiDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

¶ De ſtatua ãmirabili q̃ apparuit beato franciſco ſimili illi ſtatue nabuchodonoſor in qua fuit prophetatũ de q̃nqꝫ ſtatib⁹ frũꝫ minoꝝ. cũ expoſitione mirabile ⁊ ſtupẽda. Que quidẽ viſio extracta eſt alibro floretoꝝ ſcti frãciſci: venecijs a q̊dã notabili ⁊ docto viro. liber aũt ille ẽ antiq̃ſſim⁹ ⁊ ml̃ta ad mirãda cõtinẽtur ibidem. Et fuit trãſcripta p̃ſentib⁹ q̃nqꝫ teſtib⁹ fide dignis. in ãno dñi. m. cccc. lviij. ydibus ſeptẽbris. Ponit̃ aũt dicta viſio ĩ floretis ĩpreſſis vulgari lingua capl̃o lxxxiij. licet q̃dã verba / malicioſe illic ſubticeãtur q̃ in antiq̃s de manu inueniuntur.

Cum ſemel ſctũs frãciſc⁹ duote oraret altiſſimũ / in loco ſctẽ marie de ãgelis ꝓpe aſſiſiũ: apparuit corporalib⁹ oculiſ ei⁹ / p̃ſẽs viſio valde mirabilis Nã appꝰuit aſi ipꝫ q̃dam ſtatua magna nimis: ſimilis illi ſtatue nabuchodonoſor regis: quã vidit ĩ ſõno ſuo. Hẽbat nãqꝫ hec ſtatua caput aureũ / ⁊ faciẽ pulcherrimã. Pect⁹ aũt ⁊ brachia de argẽto. vẽtrẽ ⁊ femora: de ere. Tibias vͦ: de ferro. pedeſ aũt: ex p̃te ferreos / ⁊ ex p̃te fictiles. Et erat veſtita ſꝰ ſacco: d q̊ ſacco / multũ erubeſcere videbat̃. ¶ Beat⁹ vͦ frãciſc⁹ reſpiciẽs in ipãꝫ ſtatuã: admirabat̃ vehemẽter de illi⁹ quaſi indicibili pulchritudine / et de ei⁹ mira magnitudine: Inſuper / ⁊ de erubeſcẽtia: quã illa videbat̃ hẽre d ſacco illo vili / q̊ erat induta. Et cũ ſic miraret̃ ⁊ intẽte aſpiceret oĩa iſta: ſtatua ipa ſtatĩ allocuta ẽ ſctm̃ frãciſcũ dicẽs. Quare o frãciſce admiraris: De⁹ hoc exẽplũ miſit ad te vt in me adiſceres: q̃ circa ordinẽ tuũ ſũt futura. vꝫ.

Prim⁹ ſtat⁹ ordis mioꝝ.

¶ Caput ꝭ aureũ qð in me tu vides: ⁊ facies hec tã decora: ẽ p̃ĩcipiũ tui ordinis / poſitũ ĩ altitudine euãgelice ꝑfectiõis Et ſicut ipi⁹ ſubſtãtia / ẽ cunctis metallis p̃cioſior: ⁊ facies / cũctis alijs mẽbris mirabilior: ⁊ loc⁹ capitis / cũctis alijs mẽbris eminẽtior: ita p̃ĩcipiũ tui ordĩs / ⁊ prim⁹ ei⁹ ſtat⁹ / erit tãte p̃cioſitatis ꝑ fraternã ⁊ aureã charitatẽ: ⁊ tãte ſpecioſitatis / ꝓpter ãgelicã honeſtatẽ: ⁊ tãte altitudinis / ꝓpter euãgelicã pauptatẽ: ꝙ tot⁹ mũd⁹ / de eo maxime admirabit̃. et regina ſabba ideſt ſctã mater eccl̃ia obtupeſcet / ⁊ mirabitur ⁊ dilatabit̃ in corde ſuo: cũ viderit in primis electis tui ordinis / tãtam pulchritudinẽ / ſctĩtatis / ⁊ ſapiẽtie ſpũalis ſplendorẽ: tãꝙ in ãgelicis ſpeculis relucẽtẽ. Et beati erũt: q̃ illorũ primoꝝ lapidũ precioſoꝝ (imo capitũ aureoꝝ) v̄tutes / ⁊ mores / ſic xp̃o total̃r cõformãtes: ſtuduerit imitari / magis ſcilicet illoꝝ celeſti pl̃chritudĩe: ꝙ florẽtiſ mũdi fallacijs ĩherẽdo

Scðuſ ſtat⁹ ordĩs mioꝝ.

¶ Pect⁹ vͦ ⁊ brachia de argẽto: erit ſecũd⁹ tui ordinis ſtatus. Qui tãto erit primo inferior: ꝙto argẽtũ inferi⁹ ẽ auro Et ſicut argẽtũ / p̃cioſitatẽ / ⁊ claritatẽ ⁊ ſonoroſitatẽ hẽt: ita in illo ſecũdo ſtatu erũt p̃cioſi ĩ diuinis ſcripturis. ⁊ clari luce ſctĩtatis / ac v̄bi dei ſonoroſitate ſublimes. In tãtũ: ꝙ aliq̃ ad papatũ / aliq̃ ad cardinalatũ / ac plurimi ad ep̃atũ aſſumẽtur. Et q̄ ꝑ pect⁹ ⁊ brachia / oſtẽdit̃ oĩs fortitudo: ita in illo t̄pore / excitabit dñs in iſto ordine hoĩes / ſciẽtia argẽteos / ⁊ v̄tute p̄claros. q̃ tã ſciẽtia / ꝙ v̄tutib⁹ defẽdẽt ⁊ adiuuabunt ipꝫ ordinẽ / ⁊ totaꝫ vniuerſalẽ eccl̃iã a mltimodis ĩpugnationib⁹ demonũ. Sꝫ lꝫ admirabilis gñatio illa fratrũ fuerit in ipo ſcðo ſtatu: tñ uſqꝫ ad prioꝝ fratrũ ſtatũ ꝑfectiſſimũ: ñ ꝑueĩet. ſꝫ ſic erit reſpectu p̄mi ſtat⁹: ſicut argẽtũ reſpectu auri

Terti⁹ ſtat⁹ ordis mioꝝ.

¶ Poſt hoc / erit terti⁹ ſtat⁹ ĩ ordine tuo: q̃ / vẽtri ereo aſſimilabit̃ / ⁊ ſonoroſitati ei⁹. Et ſicut es / minori p̃cio exiſtimat̃ ipo argẽto: ita illi fr̃es de illo t̄pore terti ſtat⁹ / erũt primiſ ⁊ ſecũdis minores. Et ꝙuis tãꝙ es / in numeroſitate / ⁊ mlta latitudine / ꝑ orbis ſpacia diſtẽdẽtur: tñ erũt de his / q̊ꝝ ðus vẽter ẽ. ⁊ gl̃ia religiõis / in cõfuſione ipoꝝ: q̃ ſolũ q̃ terrena ſẽ ſapiẽt. Et ꝙuis ꝓpter ſciẽtiã / hẽbũt linguã tanꝙ es / mirabilẽ ⁊ ſonorã: ſꝫ q̄ erũt cl̃tores vẽtris ⁊ femoꝝ: (heu heu) reputabunt̃ apð dñm (iuxta ſnĩaꝫ apoſtoli) ſicut es ſonãs / aut cymbalũ tuniẽs. q̄ alijſ reſonabũt v̄ba celeſtia / ⁊ quaſi ex femore / ſpũales filios generabũt. ⁊ oſtẽſo alijs vite fõte: ipi vẽtre nudo adherebunt in terra.

Quart⁹ ſtatus ordinis minorum.

¶ Poſt iſtos vͦ: erit quart⁹ ſtat⁹ ipi⁹ ordinis. ⁊ q̃dez terribilis / pauẽd⁹ / ⁊ tremebũd⁹: quẽ tibi (o franciſce) oſtẽdunt tybie ferree. Nã ſicut ferrũ domat / ⁊ diſſipat es argẽtuꝫ / et auꝝ: ita ſtatus ille / erit tãte duricieí / ⁊ prauitatis / ⁊ obſtina

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

tionis ac inductor erroris: ꝙ ex frigiditate/ ⁊ horrende rubi
gine/ ac ferreis moribꝰ illiꝰ periculoſi tēporis. obliuioni tra
dēt q̄cūqꝫ bona/ charitas illa aurea primi ſtatꝰ ⁊ virtꝰ argen
tea ſecūdi ſtatꝰ/ ⁊ erea/ ſine ſonora locacitas tertij ſtatꝰ edi
ficauerāt in eccl'ia. Uerūtamē/ ſicut tybie ſuſtinēt corpꝰ: ita
illi/ in quadā fortitudine rubiginoſe hypochriſis/ corpꝰ tui
ordinis ſuſtētabūt. Et tn̄/ tam vent p̄dictꝰ/ ꝙ tybie iſte fer
ree/ latebūt ſub veſtibꝰ: qr ſub religiōis habitu cōtegēt. Ha
bitū q̄dē pietatis hn̄tes extrīſecꝰ: intrīſecꝰ aūt/ erūt lupi ra
paces. Et iſti tales/ ſolū vētri ſeruiētes/ ⁊ etiā rubiginoſi/ ⁊
ferrei/ mūdo quidē erūt latentes: dn̄o aūt manifeſti. Quia
precioſiſſima bona/ quaſi ad nichilū/ maleo praue vite rede-
gerūt. Ideo/ ipi tanq̄ ferrū duriſſimū/ igne tribulationuꝫ/
⁊ maleis āguſtiaꝝ terribiliū/ affligent. Et iuſte quidē: ita vt
nō ſolū demonū/ ſꝫ etiā rectoꝝ huiꝰ ſeculi cladibꝰ ſecularibꝰ
ignibꝰ/ ⁊ carbōibꝰ excoquēt: vt potētes/ ſic potēter tormē
ta patiant. Et qr p irreuerētēꝫ duriciā peccauerūt: ab irre-
uerētibꝰ duriſſime torq̄bunt. Propterea/ illis āguſtijs ad tā
tā ipatiētiā mouebunt: ꝙ ſicut ferrū (qđ oībꝰ metallis reſi-
ſtit): ita oībꝰ ſe opponēt: ꝙ nō ſolū ſcl'aribꝰ poteſtatibꝰ. ſed
etiā ſpūalibꝰ obſtinate reſiſtēt. putātes ſcilicet/ ſe tanq̄ fer-
rū poſſe oīa cōculcare. ꝓpter qđ: ipi maxime deo diſplicebūt.

Quintus ſtatus ordinis minorum.

Quintꝰ vo ſtatus erit ex pte ferreꝰ: quātū ad hypocritas
ſupradictos. ⁊ ex pte luteus: quātū ad illos q̄ ſe ſecularibꝰ ne
gocijs totaliter imiſcebūt. Et ſicut vidiſti (o frāciſce) in pe-
dibꝰ quidē: ꝙ teſta ex luto cocta/ ⁊ ferrū ſimul apparuit: que
tn̄ nullatenꝰ vniri poſſunt: ita erit in extremo ſtatu iſtius tui
ordinis: ꝙ ſcilicet orient tāta abhominādā diuiſio inter illos ā
bicioſos hypocritas/ ⁊ teſteos ex luto tp̄oraliū reꝝ/ ⁊ concu-
piſcētia carnis excoctos. ꝙ ſicut teſta/ ⁊ ferrū nequnt ex diſ-
cordia maxima itra ſe cōuenire: ꝙ cōtēnent/ nō ſolū euāgeli
uꝫ/ ⁊ regulā tuā: ſꝫ ēt pedibꝰ teſteis/ ⁊ ferreis. hoc ē. prauis
affectionibꝰ mūdanis/ cōculcabūt oēꝫ diſciplinā ſcti ordinis
tui. Et ſicut teſta ⁊ ferrum diuiſa ſunt abiuuicem: ita multi
ipſorum/ inter ſe diuidētur/ intus. ſ. ⁊ extra. Intus quidem

contentioſe viuentes. Extra vero: partialitatibus/ ⁊ tiran-
nis ſecularibus adherentes. Propter quod/ venient in tan-
tam omnium diſplicentiam: ꝙ non ſolum vix in terris intra-
re poterunt vel morari: ſed vix habitum tuuꝫ manifeſte por
tare poterunt. Et multi eoꝝ punientur/ ⁊ deſtruentur: qua
ſi per totum orbem tormentis horribilibus per homines ſe-
culares. Quia tā ab hominabiles pedes omnis domus vita
bit. Hoc autem totum eueniet illis: quia totaliter ab aureo
capite receſſerunt. Et niſi fideliſſimus ordo fratris tui do
minici adiuuerit eum (queꝫ perſecuturi ſunt/ ⁊ diffamaturi
iniuſtiſſime/ ac in odium in omnibus habituri): tormēta pa
tientur: que narrare impoſibile eſt.

Nota.

Iſte uero ſaccus/ de quo erubeſcere videor: ſancta eſt tua
(o franciſce) paupertas. Que cuꝫ ſit ordinis tui totius ſpe
culum/ ⁊ decor/ ⁊ ſingulis fratribus cuſtodia/ ⁊ cortina/ et
omnimode ſanctitatis fundamentum: deficientibus cū om-
nibus ſtudijs/ fratribus virtuoſis: vt dictum eſt ſupra: de ip
ſa paupertate ſanctiſſima: filij degeneres erubeſcent. Et ab
iectis his vilibus indumentis tuis: eligent precioſa/ ⁊ capas
vanas anxie/ ⁊ ſymoniace procurabunt. Et his dictis: ſtatiꝫ
ſtatua illa diſparuit. Sicqꝫ ſanctiſſimus/ ⁊ beatiſſimus frā
ciſcus/ totus pauidus/ ⁊ tremebundus remanſit. admirans
maxime/ ⁊ ouiculas ſuas/ preſentes ⁊ futuras (tanq̄ bonus
paſtor) deo cum lachrymis commendabat.

Hec ibidem.

VNiVERSiDAD D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

VNiVERSiDAD
D SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA